

## **Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia**

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniuersum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvvtvs Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

**Raynaud, Théophile**

**Lugduni, 1665**

Sectio III. De Titulis Christi per ordinem ad quascunque Creaturas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79582](#)

SECTIO TERTIA  
DE TITVLIS CHRISTI  
per ordinem ad quascunque  
Creaturas.

RAYNA  
Tomus II.  
De Christo  
et  
Dominus  
De Attr.  
Christi  
XV

**N**ICIPIMVS considerationem attributorum Christi Domini per ordinem ad res creatas, quæ possunt in tres classes digeri. Prima eorum quæ sp̄ etant omnes creature. Secunda eorum quæ communiter spectant omnes creature intellectu p̄preditas, Angelos videlicet & homines. Tertia eorum quæ specialiter respiciunt homines. In prima classe hi occurunt Christi tituli; quod sit & , principium & finis, ac primogenitus omnis creature, & Dominus vniuersorum. Secunda confinet titulum Capitis, & Regis, & Legislatoris, ac Iudicis. Ad tertiam quæ longè amplior est spectat titulus Redemptoris & Doctoris, omnēsque his aduncti.



CAPVT I.

*Christus & & , principium  
& finis.*

**E**sse Christum & & principium & finem Ioannes cap. i. Apocal. dubitare non sinit. Sic enim loquitur in Christi persona. *Ego sum & & , principium & finis dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui veniens est, omnipotens.* Video ingenerandam aliqui fūspicionem, quod hic locus cadat in Verbum, non in Christum. Nam Verbi est, dici *Dominum Deum, & dici qui est, & qui erat.* Illud enim qui est, ut plene monstrō in Naturali Theolo. diff. 6. à num. 46. & p̄t̄st̄ ceteros pulchrit̄ tradit. S. Hilarius libro 1. Trinit. significantissimè Deum exprimit: ut propterea admirata planè se dicat. S. Hilarius. [ tam absolutam deo significationem, quæ naturæ diuinæ incomprehensibilem cognitionem, aptissimum ad intelligentiam humanam sermone loqueretur. ] Aptissimè quoque ea vox, Dei æternitatem indefectibilitatemque designat, ut idem S. Hilarius egregie prosequitur lib. 12. de Trin. Sed, non minus luculentet expressa censer debet æternitas Dei per Verbum erat, quod etiam adhibetur in textu citato. Verbum quippe erat, excludit omnes metas, & omnem antecessionem. Quare aptissimè æternitatem planè immetatam designat, ut D. Augustinus s̄p̄ expedit.

*Christus, etiam ut Deus homo & .*

301 Ob hanc igitur causam, non nemo locum propositum de Christo Deo & homine accipendum negat, non tam aperte characteristicas diuinitatis p̄freat, essentias infinitatem & æternitatem. Ita latè S. Fulgentius lib. 2. ad Traſim. cap. 5. ad Christi æternitatem immetatam & indefectibilē, Verbi diuini propriam, referens hunc titulum, ut & Aetas Apocal. 1. Ad Christum item qua Verbum, hunc titulum refert Clem. Alexand. 6. Strom. cum ait, [ ipse Dominus dictus est & & principium & suis per quem omnia facta sunt & sine ipso factum est nihil. ] Quominus tamen subscriptam, facit quod Deus quā Deus, non & venturus, id enim solius Christi Dei simul & hominis proprium est. Et tamen is ipse & & dicitur, qui est venturus: hoc est Christus. Et manifeste cap. 22. eiusdem libri, ubi titulus quem expendimus repetitur, Christo fit eius attributio. Sic enim ibi habetur. *Ecce venit Christus, Ego sum & & primus & nouissimus, principium & finis.* Et continuato orationis illo, mox addit, *Ego Iesus.* Et ego sum gressus & radix David, quæ constat in Christum Deum simul & hominem cadere. Itaque illa quoque quæ habentur cap. 1. ubi hæc alii admisisti habentur, & quæ Christo tribuo; quædam ratione diuinæ naturæ, quædam ratione humana.

302 Fuit hic sensus prisorum Christianorum, qui alludentes ad hac loca Apocalypses, inscribere sepulchris suis aut aliis locis solebant, & & . Quod de Hispanis refert Ambrosius Morales lib. 11. cap. 41. & refert ad fidei professionem, quam Catholicis

pacto.

pacto de Christo ederent contra Arianos. Sed non placet. Nam Rosuedius ad carmen 16. S. Paulini, varia notavit huiusmodi inscriptiones, tempus Ariananorum antecedentes. Ipsi suntque Ariananorum referuntur inscriptiones eiusmodi, ut constantij à Gressero 4. de cruce l. 1. c. 9. Longeque ante Arianos, Baßiliiani heretici, leguntur vii ha- veluti testera ad Christianitatem profiten- dam. Scribitque Rosuedius loco allegato, extare apud Dūcem Aſchotanum, numinum Baſiliianorum, adscripto a & o. Ionicè scri- pto o. De Marco item, quem Baſiliiani- rum per Gallias Apoſtolum, imo Catho- licæ fidei apostamat fuisse docet S. Hieroni- mus in epiphaphio Lucini Bætici, scribit latè S. Irenæus l. 1. contra hæc. c. 12. & 13. & Ita- nem exscribens Epiphanius hæc. 34. eum huic Christi nomenclature, multas fabulas inodificasse. Breuerius Tertull. l. de praefcript. e. 50 [Marcus quidam & Colarbasus, no- num heretici ex Græcorum Alphabeto componentes. Negant enim veritatem sine istis posse litteris inveniri; immo contendunt plam plenitudinem & perfectionem veri- tatis, in istis litteris esse dispositam. Propter hanc enim causam, Christum dixisse: Ego sum & o. Multa ibi à huius illu- strationem congesit Pamelius. Itaque etiam extores à vera fide, pro symbolo Christia- nismi visulabant a & o, probè concepij & in scriptis & ex vnu Ecclesiæ ac fideliū, iam olim duo hæc Græca elementa Christum designasse.

*Nun Christus a, quia quasi leprosus.*

303 Quotum vero Christus Dominus per hæc duo elementa notatus sit, & quæ huc nomenclaturæ subtilis notio, varia opinio sunt sententiæ. Erit cui videatur, Christum ἀλφα dicitum eodem sensu, quo Helladius Byſantinus in Chrestomathia apud Photium Cod. 279. ait, Mōsem ἀλφα voca- tum, eo quod corpus haberet ἀλφον, id est vitiligine ac leprosa maculatum, cuius rei Ie- sum producebat Philomen. Sed mendaciter ut Photius ait, sed quid si Helladius ille re- spexit ad lepram, qua manus Moysi educta ē sinu, leprosa apparuit? Hoc autem fuisse egregium symbolum Christi Domini ē sinu patris ad nos delapsi & in nostra leprosa ac paupertate conspicui, egregiè sic docet S. Cy- illius de Incarnat. vniq. c. 15. [Manum & de- sistam. Dei & Patris verbum, & filium eius, diuinæ Scriptura nominat. Induxit enim ip- sum dicentem, ego manu mea firmavi celum. Neconon David diuinus cantat; Verbo Domini califirmati sunt. Cernetur in sinu quidem Moysi adhuc manum eius occultari, & non dum factam leprosam. Prolataam vero, & statim leprosam factam: deinde mox illaram, & rufus prolataam, & de cætero non lepro- sam. Restituta est enim (inquit) in colorem car- nei eius. Ergo quandiu quidem erat in sinu Patris Deus Verbum, diuinitatis naturæ ful- gebat. Verum quoniam aliquo modo exra fuera per Incarnationem sive humanatio- nem, factus est in similitudine carnis peccati]

& inter iniquos reputatus est. Ait enim diuinus Paulus: Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, ut nos fieremus Inſtitia Dei in ipso. Hoc exstimo lepra significari. Immundus enim secundum legem leprosus. Sed quoniam iterum fuerit in patris sinu, (assumptus est enim post resurrectionem à mortuis;) prolate iterum manus videretur munda. Adueniet enim adueniet per tempo- ra Domini nostri Iesu Christi in sine- ritate diuinitatis & gloria, quamvis similitu- dinem nostram non proiecerit.]

304 Pulchre item Petrus Damiani serm. de S. Columba, qui est numero 66. [Nec in- dignum (inquit) super Domino, saluatore no- stro, infirmitatem vel stultitiam dici; cum etiam per leprosum, cum etiam per serpen- tem, non degnatus fuī mysticè figuram. Vnde est quod Scriptura testante, dixit Deus Moysi; Mite manus in finum tuum, qui cum misifissis in finum, protulit leprosam in finis nivis. Retrahe, (air) manus in finum tuum. Retraxit; & protulit iterum, & erat similiis carni reliqua. Quid hoc loco, per manum Moysi designa- tur, nisi filius Dei? vnde dicitur in psalmo: Fiat manus tua, ut saluet me. Ac si dicaret, fiat ille, per quem facta sunt omnia; ut dum ille creator, creatura à roatus sui contagio li- beretur. Hæc manus in sinu Patris est, sicut Ioannes Baptista dicit; filius qui est in sinu Pa- tri ipso enarravit. Sed manus hæc cum de- finu prolatæ est; hoc est, cum per mysterium Incarnationis apparuit, peccatorem eum, & tanquam sceleris lepra perfusum, is vnde processerat populus æstimauit. Vnde dicit Esaias; Et nos putauimus eum quasi leprofum, & percussum à Deo, & humiliatum. Sed manus hæc cum in sinu redit, lepram prolus iam- sit; quia Redemptor noster postquam ad Pa- trem, calcato mortis imperio rediit, iam in fine saeculi, non peccator homo, sed vere Deus, & homo Iudeis omnibus apparebit.]

Sic igitur posset aliquis, de titulo Christi propositio, subtiliter commentari, idque plerisque nouitates auecupantibus, posset ar- ridere. Quod tamen id à genuino sensu scri- pturarum plane abhorreat, alioqui erit qui similiter fabuletur Christum dici ἀλφα, eo quod Phœnices bonem lingua sua ἀλφα, no- minant. Quam causam esse censet Ammonius apud Plutarchum l. 9. sympos. q. 3. cur. ἀλφα primum locum inter elementa literatum oc- cupat, quia id boui nomen, cur primas inter viriles animantes, deferrit confusus populo- rum. At Christum factum causa nostri bo- uem, aut vitulum de armento, sèpè meditatur S. Gregorius, exponens quatuor animalia Ezechiel obiecta, sunt hæc piè excogitata, sed à scopo Scriptura Christum & denomi- nantis, profus aliena, atque adeò dimitten- di; præsertim cum oleo postremo elementa facietur. Nec aliter statuo, de multis quæ circa has literas Christo tributas, aceruat Richardus à S. Laurentio lib. 12. de Deip.

Num a & o, idem quod primus & nonisimius; seu qui singulariter est?

305 Dimentendus item est Origenes tom. 5. in Ioan. ad illud in principio erat Verbum, ubi in longa explicacione nominum Christi, cum venit ad eum Christi titulum, **primum est nouissimum**, quanquam affirmat eum differre ab illo, a & o; tamen fatetur explicacionem vnius conducere ad explicacionem alterius, & multa omnino dicit de Christo primo, & nouissimo, vel insigniter fabulosa, vel nimum mystica, quae apud eum legi poterunt: nam ad veram intelligentiam huius Christi tituli, commendare non possunt. Quod autem aliud esse a & o, aliud primum & nouissimum, affirmat, differentem habet S. Ifforum l. 7. orig. c. 2. contendentem, in scripturis pro synonimis vocibus accipi tres illas coniugationes, a & o, **primum & nouissimum**, **principium & finis**. Nec refert quod simul iungantur. Nam nihil in scriptura frequentius, quam ut eadem sententia sub diversis vocibus congerinetur, scilicet que id genus ornamenti proprium sacerdotum Prophetarum aduerterit Becharm, in Psal. 1. v. 1. & circa observationem, facile est id comprehendere, ex vulgatis illis versiculis, **Deus in adiutorium meum intende**, **Domine ad adiuvandum me festina**. Nec non ex illis, **Benedic Domini in omni tempore semper laus eius in ore meo**. Sexcenta huiusmodi passim occurunt. Similiter ergo, idem sonant varia illa vocum syzygia, a & o **primum & nouissimum**, **principium & finis**.

Hinc videtur aperiri via, ad sensum illius Christi tituli a & o. Nam Isaiae 41. 44. & 48. & alibi, Deus ut se vnicum & solum verum Deum contestetur, extra quem non est aliud, vocat se **primum & nouissimum**. Si igitur a & o, idem est quod **primum & nouissimum**, videatur nos ab re pronunciatur, idcirco Christum dici a & o, quia singulariter est: Nullus enim praeter eum est naturalis filius. Ipse est verè Vnigenitus, & tanquam verus Apollo, ab omnibus aliis secermitur. Non adaequatur ei aurum vel vitrum, & huius strukturam, siue dotes superadditas, siue merita species, superreditus omnem comparationem: ita ut quemadmodum de Deo propter supereminentem perfectionem recte dicitur, **solum es tu quod creata omnia per comparationem ad creatorum perinde se habeant ad esse**, ac si non essent: ita in genere bonorum supernaturalium, puræ omnes creaturæ, quamvis verè iusta & sanctæ, tamen perinde se habeant ac si non essent. Est enim (quod alia occasione superius vidimus,) est inquam Christus, in ordine gratia sol quidam, ignes minorum praestigia: non quod ignes non sint, destituanturque vera luce, sed quod presente sole, tenuior eorum splendor, non internoscatur. Non est ea interpretatio tituli Christi propositi, planè aspernenda.

An a & o, prima & ultima natura rationalis?


306 Video tamen alias passim vias ini-  
ri à Patribus & DD. S. Paulinus natale XI,  
sancti Felicis, cuius fragmenta representavit  
Dungalus l. de imag. ita hunc Christi titu-  
lum accepit, ut significentur per eum du-  
Christi natura, prima & ultima inter ratio-  
ne præditas. Sic enim canit.

**Alpha** idem metrum Christum & u,  
summo supremis  
**Finibus excelsi** pariter complexu &  
imi  
**Victor & inferna & pariter calchia**  
capit.

Non aliud fortassis voluit Orig. tomo il-  
lo V. in Ioann. tametsi verbis vñus est. Ni-  
minum latebrofisi, ut sonans errore non vacan-  
tibus, Aperit verò S. Augustinus in hac vi-  
detur esse sententia serm. 6. de temp. pro so-  
deum enim habet, Christum esse a & o, ac  
esse Deum & hominem. Sicut enim Alpha  
literat nulla alia præcedit, ita ante Verbum  
Dei nihil est, etiam si idem quatenus homo  
sit nouissimus & o, ac minor patre. Et loca  
ille, & bona pars sermonis, verbiat consti-  
nent eo libro qui Fausti Episcopi nomine  
de ratione fidei, prænotatur. Adducit in eam  
dem sententiam Epiphanius Sixtus Senen-  
sis l. 2. bibl. v. a & o. Ait enim Epiphanius  
in Anchorato, existimare, titulum hunc Chri-  
sti ad geminam eius naturam pertinere; Id-  
que iporum elementorum Graecorum figura-  
ris insinuari. A quod infernè pater & super-  
nè clausum est, naturam humanam & vero  
quod supernè aperitur, & infernè claudatur  
diuinum Verbum designat. Ego apud Epi-  
phanius in Anchorato, id non reperio. Et  
aliter quoque eas literas ad geminam Chri-  
sti naturam enunciandam aperte Peret, in c.  
1. Apocal. Habet hic quoque sensus tituli  
propositi, suam verisimilitudinem.

Num a & o, fundamentum & vertex  
structura Ecclesie.

307 Non improbabiliter alij, perinde  
essecent, dicere Christum a & o **primum**  
ac **nouissimum**, **principium & finis**; ac di-  
cere, Christum esse initiatorem & confor-  
matorem felicitatem Ecclesie, & sanctifica-  
tionis ac glorificationis nostræ. Frequens  
enim in Scripturis est, ut abstracta pro con-  
creta vñt perntur. Qua ratione Paulus, Chri-  
stum sapientiam iustitiam & sapientiam  
nostram, quia scilicet nobis est anchora iusti-  
tiae & sapientiae. Similiter ergo Christus,  
quia est autor & consummator fidei ac to-  
tius Ecclesiastice structura, omniumque bo-  
norum ad eam consequentium; merito dic-  
tur **principium & finis**, a & o: id est eius  
initiator & autor ac consummator. Bellaque  
concinis it sensus, cum locis quibus hic  
Christi titulus, aliquæ quos & synonimos  
diximus, usurpare leguntur. Nimirum iis lo-  
cis adhibiti sunt, quibus addendum erat ani-  
mus fidelibus, ne diffidatum mole opressi,  
despon-



# Christus Alpha & omega.

137

despondent animos. Sic cap. 1. Apocal. nolimere, ego sum primus & nouissimus. Et cap. 2. Hoc dicit primus & nouissimus, nihil horum timet. Ad excusandum ergo timorem, maximè iuvare poterat commemoratio huius attributi Christi Domini, & quod qui coepit ipse perficiet.

Monum ab hoc sensu abest, quod ait Arias Montanus in cap. 4. Zach. nempe Christum dici a & o, quia est in Ecclesia decus & perfectio ac consummatio rerum omnium. Eoque resolutur quod habet S. Ambrosius lib. 1. Hexaëm. cap. 4. agens de multiplici acceptione principi. [Est etiam (inquit) initium mysticum, ut illud est: *Ego sum primus & nouissimus, principium & finis.* Et illud in Evangelio præcipue, quod interrogatus Dominus, quis esset, respondit; *Principium quod & loquor vobis.* Qui vero & secundum diuinatum est principium omnium, quia nemo ante ipsum; & finis quia nemo ultra ipsum; & secundum Salomonem, initium est viarum Domini in opera eius, ut per ipsum disceret hominum genus, vias Domini sequi, & operari opera Dei. In hoc ergo principio, id est in Christo, fecit Deus cœlum & terram, quia per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil; quod factum est in ipso vita erat, quia in ipso constant omnia.]

Iacōne a & o Christus, quia præuenit & perficit studia nostra.

308 Aliaratione, esse principium & finem, atque adeò esse a & o, Christo tributum, exponit S. Bernardus ex quo hac deflant qui eius flores iam olim collegit lib. 5. cap. 20. ex quibusdam (vtait) dictis eius, [initium meum solus gratia est, ut nihil quidem mihi in prædestinatione attribuamus, ne in vocatione. Non sic sane ab opere iustificationis alienus sum. Operatur & illud gratia, sed planè mecum. Porro consummatio quidem, & ipsa solius est gratia, nec mihi in hac parte, vel cum ea siue in ea gloriari, quasi coadiutor sim aut cooperator. Itaque misericordia Domini ab æterno est, & usque in æternum super electos: in medio quidem aliquenam ostendens liberum arbitrium meritii gratia; principium vero & finem, soli vendicans sibi, ut sit nobis a & o Dominus Deus noster.] Eadem doctrinam tradit ad finem tractatus de gratia & libero arbitrio, iuxta quam Christus dicitur a & o quia nos prævenimus per gratiam suam, & o quia dat perficie. Nos excitati & adiuti, tantulum quid quasi intermedium cofecimus; nempe consensum liberum, quod ut conferimus constitutum est, ne inanis meriti essemus. Magnæ profectio consolationis est, considerare quod modo Christus sit hoc modo in nostris supernaturalibus actibus principium & finis quomodo in quaenam gratia Christi, interueniente illo exili quod de nostro post præventionem adiuti conferimus, ad remuneracionem aptos nos faciat. Quantum certè ex nostro est, perinde videatur nos habere ac Valgus ille naufragus, exinde dictus Victor apud S. Paulinum epistola 36. qui vocatus à

Domino, porrigit tantum specie agendi, manum ad quamlibet operam iubebatur. In illa enim trium & viginti diebus intra nauem rectoribus & operis omnibus destitutam à Sardinia ad Lucaniam agitatione; Dominus ita pro senis salute nauem moderabatur, ut tamen eum aliquid de suo exhibere vellere, sed tam tenuerit, ut quod præstabilit, image potius & species actionis, quam actio esset. Miris fides (inquit S. Paulinus,) & ineffabilis pietas Domini Salvatoris, qui senem, si forte somno piger, lentius ad gerenda consergeret, & molli manu ante præpalpans, nè trepidus expregeret, vellicata blande auricula suscitauit, cum leniter admittens senex, à primo statim conatu suo, manibus Angelicis res effetas videret. Vix rudenter quāli ducturus attingeret, cum velum videret iam exsinguatum in cantos suos: Suppatum stabat, vela nauis faciebat. Aqua rimis nauis accepta mergere tentauerat: & post unum vel alterum breuis sentinaculi hautum, humore destituto, siccataque naui quod ageret non habebat, stupens laborem sibi sine labore præcerpi, & actum suum occulta manu præuenit, si benè occulta dicitur, quæ tam perspicuum præstabat auxilium.] Quod per se & Angelos, in corporali illo opere, ad temporalem vilis illius capitatis salutem præstebat Christus, hoc circa salutem nostram ille facit: estque proinde a & o.

An Christus a & o, quia per eum  
reuenitur ad initium.

309 Inuit alium interpretationis callem S. Hieronymus lib. 1. in Iouinia, existimans sensum esse, omnia per Christum reuenire, & reduci ad statum primum quo ab initio fuerant. Nam in prima mundi origine, neque vigebat circumcision, neque polygamia, neque repudium, nec ullum aliud ex iis quæ Christus abrogavit, ut omnia reuocaret ad statum primum: ita ut quemadmodum decurso alphabeto cum venit ad o, recurreret in z; ut suppetant literæ quæ decurri denud possint sic cum ad Christum deuenient est, factus sit regressus ad statum initium. Ipse Hieronymus sic hoc exponit. [Docet Apostolus scribens ad Ephesios, Deum proposuisse in adimplitione temporum, recapitulari omnia, & ad principium retrahere in Christum Iesum quæ sunt super cœlos, & super terram. Vnde & ipse Salvator in Apocalypsi Ioannis, *Ego sum,* inquit, a & o, initium & finis. Ab exordio conditionis humanae, nec carnis vescibamus; nec dabamus repudium; nec pœnitentia nobis eripiebantur in signum. Hoc cursu usque ad diluvium peruenimus. Post diluvium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingeffæ sunt ad vescendum, & repudia concessa durtitæ, & cultellus circumcisionis appositus, quasi Dei manus plus in nobis creaverit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & o reuolutus ad a & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permititur, nec circumcidimus, nec comedimus carnes, dicente

S' a. Aposto

Apostolo; Bonum est vimum non bibere, & carnes non comedere.]

Liquet Hieronymum ex Tertulliano profecisse, cuius illa sunt in hanc rem praclarè & prop more robustè scripta lib. de Monog. cap. 5. [ Inuenimus nos ad initium dirigi à Christo : sicut in quæstione repudij, dicens illud propter diuitiam ipsorum, à Moyse esse permisum, ab initio autem non sita fuisse, sine dubio ad initium reuocat matrimonij indiuiduatem. Ideoque Deus ab initio coniunxit in unam carnem duos, hodie homo non separabit. Dicit & Apostolus scribens ad Ephesios : Deum proposuisse in semetipso ad dispensationem adimplentori temporum, ad caput id est ad initium reciprocare vniuersa in Christo, que sum super calos, & super terras in ipso. Sic & duas Græcia litteras, summan & ultimam sibi induit Dominus, initij & finis concurrentium in se figuræ: ut quædam modum & ad vsque volvitur, & rufus & ad replicatur; ita, vt ostenderet in se esse, & initij decursum ad finem, & finis recursum ad initium ; vt omnis dispositio in eum definens per quem capta est, per sermonem scilicet Dei qui cato factus est, prouinde destinat quemadmodum & caput. Et adeò in Christo omnia reuocantur ad initium; vt & fides reuera sit à circummissione ad integratem carnis illius, sicut ab initio fuit ; & libertas ciborum & sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit, & matrimonij indiuiduitas, sicut ab initio fuit, & repudij cohibitus, quod ab initio non fuit : & postremò totus homo in paradisum reuocatur, ubi ab initio fuit.]

Num Christus a & o, quia est scopus Scripturae ab initio ad finem.

310 Nec inuerisimiliter Vincentius de Flumaro lib. de nom. Christi, cum de Deo primùm qua Deus est, exposuisset : hos titulos, quos eodem recidere rectè arbitrari, a & o, primus & nouissimus, principium & finis, mutato consilio eos ad Christum referat, & sensum esse existimat, Christum esse totius Scripturae (vt in scholis loquuntur) subiectum adequatum.. Nam totum verus testamentum, ad Christi adumbrationem, vel promissionem dirigitur. Non verò testamenti vniuersa series, in Christo consumbitur. Itaque est Christus a & o : Id est & primæ & nouissimæ, & vno Verbo vniuersa scripturae scopus, initiumque & finis sermonum, quos vel Prophetæ, vel Apostoli diuinitus inspirati edidere. Per pulchrè S. Gaudentius tract. 2. in Exod. carnes Agni neque crudas neque elias comedì iuslas interpretatus Scripturas interpretatione ignea à feruenti diuinæ sapientiæ spiritu veluti affatas & tostas, ait : (Omne corpus diuinæ scripturæ tam veteris quam noui Testamenti, Filium Dei continet, vel venturum promittens in hominem, vel iam venisse declarans. Vnde B. Philippus inuenitus à Christo, inuenit Nathanaël, & dicit ei : Quem scripsit Moyses in lege & Prophetis, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Et quid plura charissimi ? In ipso continetur omnis lex & verus & nouus; & vt sic dixerim,

ipse est anima legis. Ipse enim per Moysem locutus est cum dixit illi , Ego aperiam os tuum, & inspirabo qua debetas loqui. Ipse & per Prophetas cum dicit, qui loquebar in Prophetiœ adiutori. Ipse etiam per Apostolos, cum dicat Paulus, an experimentum quartis eius quin me loquitor Christi. ] Scriptura ergo à capite ad calcem, Christum spirat, Christum continet, Christum vbique loquitur, quod est, Christum esse scripturae a & o. Illustravit hanc interpretationem Hieronymus Prado, commentario Ilagogico in Ezech. sec. 1. qui tota sectione illud contendit, Christum esse scopum Prophetarum, & finem in quem lex vniuersa ab initio ad finem dicitur. Eoque aptat illud Ecclesiastici 43. v. 28. proper ipam confirmans est itineris finis, & in sermone eius composta sunt omnia &c. consummatio sermonum ipse est in omnibus. Confirmatum esse in eo itineris finem, idem est, ac si dixisset, omnia qua facta sunt temporum successu, definita in eum, sortiantur felicem eventum. Et ut semel omnia qua dicenda erant, uno verbo concludantur, ipse est in omnibus consummatio sermonum : id est caput, summa, & initium omnium, quæ vel per Prophetas & quoque ipso anteriores, vel per Apostolos sunt annunciatæ. Hoc quod de Christo dixit Siracides, (nam paulo ante dixerat, & plantanis illum Dominus Iesus,) idem esse certe Produs, ac illud quod de Christo nunc versamus, Christus est a & o, principium & finis. Et eodem modo hunc titulum accepit Iosephus à Costa lib. 1. de Christo restituto c. 1. ex eo probans, Christum esse scopum vniuersæ scripturæ.

Germanissima notio r̄ a. & o, Christi tributu, quia est principium & finis omnium.

311 Dicantur sancte hæc omnia non improbabiliter. Sensus tamen quem alii & Patres & Doctores suggurunt videretur genuinus. Nimirum sicut varijs apud Photium Cod. 190. in breuiculo libri. Si à variis litteris sunt denominati, ratione ordinis quem in Alphabeto occupat litera, aut aliquis per eam integrè prolatam vel figuratam expressi, quæ ratione S. Pachomius apud Sozomenum l. 3. cap. 13. vocabat r̄ alios, scilicet idcirco Christum Deum & hominem, dici a & o, quia est principium & finis omnium creatorum. Audi Prudentium hymno 9. Cathemer. de Deo communis docendis proditio mortalibus, sive de Christo ;

*Corde natus ex parentis  
Ante mundi exordium,  
A & o cognominatur,  
Ipse fons & clausula  
Omnium que sunt fuerunt  
Quaque post futura sunt.*

En Christum, fontem & clausulam rerum omnium. Nec agit de Christo præcisè vt Deo, sed de eo, prout Deo simul & homine. Nam iste, qui ad docendos communis mortales proditus

ditus est, ut immediate ante præmisserat Christus itaq; ex duplice natura cōpactus, est & id est principium & finis rerum omnium. Principium quidem vt causa efficiens, finis vero per modum scopi ac termini subalterni, in quem collimant creatura omnia. Quamquam ratio quidem principij efficiens, non dicitur de Christo homine, nisi per communicationem idiomaticum. Quo codem dumtaxat modo enunciari de eo potest, quod sic finis simpliciter ultimus rerum omnium: nisi si ratio huius ultimi, spectetur cum subalternatione, id est propterea continet directionem omnium aliorum ad ipsum, non exclusa eius ultiorae directione ad Deum. Sic eum Christus homo, non modo per idiomaticum communicationem, sed formaliter & directè, est finis ultimus creatorum omnium. Vnde iunctis duabus illis perfectionibus quas Christus alterius ex predictis modis habet, rectè dicitur & & principium & finis. Approbat hanc notionem huius tituli Christi, recentiores non pauci, & nominatim Sixtus Senensis l. 1. lib. initio, ac Bellarm. l. 1. de Christo c. 4. in fine.

312 Iuxta hanc notionem, Christus ratione diuinæ naturæ, utramque prærogativam binis illis terminalibus elementis expressam obtinet. Est enim secundum diuinam naturam, & causa efficiens & finalis rerum omnium: ratione autem naturæ humanae formaliter rem spectando, non est nisi finis omnium: atque adeò non nisi &. Voluisse hoc videtur Clem. Alexan. 4. Strom. verbis illis [Deus quidem cum demonstrari nequeat non efficit scientiam: filius est & sapientia & scientia, & veritas, & quæcumque cum his illis habent cognitionem. Quin etiam haber demonstrationem & vim rationandi. Omnes autem spiritus potestates, cum simili res via factæ fuerint, ad idem conseruentem ad filium. Est autem indefinitus quoaque suarum potestatum notio. Quamquam non sit vere unum vt vnum, neque multa vt partes filii, sed vt omnia vnum, vnde etiam omnia. Est enim idem circulus omnium potestatum, que in vnum circumvolvuntur & vniuntur. Et ideo Verbum dictum est & &, cuius solius finis est principium; & rursus definit in id quod est desuper principium, nusquam distantiam accipiens & dimensionem. Quamobrem & in ipsum, & per ipsum credere, est vnicum fieri scilicet in ipso induisse vnitum.]

Nec refutatur Origenes hom. 12. in Nūm. vbi Christum, puteum præfatus, exponit ex eo verba illa, initiate ei puteum: sic verò ait [Hic est sensus. Initium ( ait ) omnium putum ponite. Sicut & Apostolus dicit; Quia ipse est principium & primogenitus omnis Creatura, & in ipso Creatum sunt omnia. Initiate ergo ei putoem, hoc est, initium omnium confitemini esse putoem.] Hæc in quantum non absunt prædictis. Nam Origenes ibi statuit Christum initium omnium effectuum, dumtaxat quoad dona supernatura: alia, quæ nobis est promeritis, ut liquet ex proximè antecedentibus.

Attempsum hic etiam Philippus Abbas in

mortalit. ia Can. quærens cur spiritus sanctus librum Cantorum voluerit initium habere à litera O. [Sacramentum ( inquit ) huic litera quæ est O, quantæ sit auctoritatis, & dignitatis, ipse dignatus est ostendere, qui eiusdem littera nomen sibi imposuit, dicens: Ego sum a & & ] id est principium & finis. Principium, ( inquit ), sum dans principia extendi omnibus creaturis. Finis sum, id est consummatio: quia omnibus hominibus deficitibus, solus remaneo, quoniam ego sum Deus, & mutabilitati nequaquam subiaceo; vnde Iacobus Apostolus ait: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis umbrio. Quod autem Christus finis sit, id est consummatio, Paulus manifestat, cum dicit: Finita legis Christus, ad infinitum omni credenti. Denique si sacramentum-huius litteræ, quæ est O, adhuc subtilius indagare volerimus, in nulla alia littera tantam figuram, non solum totius orbis, verum etiam ipsius Dei reperiemus. Ex omni enim parte sui rotunda & perfecta inuenitur; sicut orbis huius saeculi à Philosophis in modum sphæra rotundus describitur. Præterea si secundum Graeca elementa attentius inspicimus istam litteram &, proculdubio inuenimus eam esse trimembrem, id est tria membra habentem. Quid igitur designant tria membra in vnam litteram sursum respiciunt, nisi tres personas in vnius summae Trinitatis substantia? Non ergo casu, sed certo diuinitatis mysterio, spiritus Sanctus, exordium huius libri ab & littera inchoat, quia illum liber iste per omnem textum sui prædicat, qui totum orbem de nihilo creavit, & scipium vnam esse in Trinitate personam, in Euangelio declarat, dicens: Ego & pater unus sumus. Tria igitur & Litera membra in cœlum respiciunt, tres personas ( vt prædictimus ) declarant in vna Trinitatis substantia. Et bene eiusdem litteræ membra sursum aspiciunt, & quasi de celo venientia deorum litteram vnam faciunt, quia cognitio Sanctæ Trinitatis per Dominum Iesum ad nos descendit, & in vnam sanctam Ecclesiam Catholicam, per fidem unitatem, sedem sibi collocavit.]

Potest & &, solam finalem causam signare. Eius Christo tribuenda, rationes varie

313 Quid si ramen utrumque elementum Graecum, ad eandem causam finalem quis referat, & Christum prouunciat esse & &, seposita causa efficiente, tantum quia est finis rerum omnium? Sanè causa finalis, non male dici potest & & principium. Nam finis est semper primus in intentione, & à Philosophis numeratur prima causa, quia est primum quod mouet ad operandum. Et quia est postremum in executione aut affectione, habet etiam rationem extremi. Unde rectè dici potest primus & nouissimus, principium & finis & &. Ut vt sit, & huius genuinus sensus huius attributi Christi in scripturis quibus proponitur, utramque il-

lum rerum omnium causam Christo vendicet, sive solam finalē mōnos h̄ic in ea sola habebimus, quia sola ad modūm superius explicatum habet locum in Christo homine, qui est huius tractationis scopus. Esse autem causam effectuum rerum omnium, non compere Christo nisi nudē prout Deo: quia Christus homo non erat plurimi⁹ facili⁹ ab initio orbis, ad eius usque aduentum; unde quæcumque illuc usque sunt facta, non potuerunt ab eo efficienter pendere. Itidēmque ex quo fuit, certum est, non esse inuehendum physicam rerum creatum dependentiam ab illo. Contendo tamen valēre de finali, etiam quoad res eam tempore antegressas, vel coītatas, aut subsecutas, vel subsecutas, in toto æternitate. Quod est, Christum esse finem secundūm Deum, sive sub Deo, simpliciter dicit.

Finem cum audis dīc Christum, nolim id accipias eo modo quo apud S. Ambrosium, Christus finis appellatur serm. 12 in psal. 118. v. 8. Aperit eo loco latīnam notionem Graecæ vocis τέλος, quam ait & finem & consummationem sonante, ino etiam finem consummationis. Et cum multiplex sit consummatio, (dicitur enim consummatio operis, & consummatio malitia, & consummatio hominis, & consummatio saeculi) finis autem consummationem quoque terminet, ut habetur ex Apostolo 1. Cor. 15. qui post saeculi consummationem, ait subiungendū ei fore finem saeculi; omnium æquæ aliarum consummationum, assignari finis potest. Hunc Christum esse, sic exponit ibi S. Ambrosius. [Mundus in maligno positus est, ut dixit Ioannes. Ergo & saeculum in maligno est. Mundus plenus peccati. Consummaverat malitiam suam mundus, sicut consummaverat Saül, eādis videns consummatam malitiam Jonathas filius in David prophetam, eidem nunciavit ut declinaret & fugeret. Est ergo consummatio malitia, consummatio peccatorum. Venit agnus Dei qui colligit peccata mundi, qui est Christus Iesus. Finis legis, principium & finis, & remissio peccatorum. Hunc finem consummationis, vidit Propheta in spiritu, qui consummatum saeculi aboleret errorē; & vidit sanguinem eius diuersa omnium peccata mundari. Benè ergo dixit, *Omnis consummationis vidi finem*: hoc est, vidi consummatam adulterij remissōrem; vidi consummatam luxurie atque lasciuia, consummata crudelitatis atque lætitiae, omnis postrem flagitijs per crucem suam delicta donantem. Est etiam consummata virtus, consummata sapientia, consummata iustitia, sed habet finem. Finis omnium virtutum Christus, qui finis est legis ad iustitiam omni crediti. Vides quis finis est fidei? Benè ergo ait, *omnis consummationis vidi finem.*]

Hac ratio Christum denominandi finem, vera & legitima est: sed non est ea quam quæsumus. Quod item dico, de illa alia duplicitate his verbis subministrat S. Gregorius, in p̄fatione ad psalmum primum penitentiam. [Christus finis dicitur, vel quia est consummatio legis & Prophetarum; sicut ipse pendens in cruce testatus est, cum aceto &

felle potatus, dixit, consummatum est. Vel quia bonorum omnium perfic̄tio est, quia nullum bonum perficitur, nisi quod in summo bono solidatur. Sic enim nobis non sufficit alios bonos querere nisi ad eis studeamus agnationem peruenire, ita eo invento, nullus iam melior queritur: Quia omnis creatura, ex sub cuius pedibus à Patre omnia sunt subiecta, inferior inveniuntur.] Denique si militardimittit, veram esse, sed ab hoc loco extraneam pronuncio, eam rationem Christum denominandi finem, quam suggerit S. Fulgentius l. 2, ad Trasim. cap. 5, verbis illis. [Finis Christus, quia perpetua vniuersa concludit, finis Christus, quia ipse perfecte inchoata, finis Christus, quoniam ab ipso habent quædam, (videtur legendum quæcumque,) esse coparent ut semper sint.

*Modus proprius, quo Christus omnium creaturarum vera finalis causa, statuitur.*

314 Modus quo Christum finem rerum omnium dictum volo, est ille vulgatus & perse obuius, quo finalitatem ut in scholis loquimur, & pellec̄tio agentis ad efficiendum, alicui tribuitur. Et talem contendit esse Christum, respectu quorūcunque creatorum. Eoque sensu disceret & citra ambages Rupertus lib. 3. de glor. Trin. & process. Spiritus sancti cap. 20. Christum rerum omnium creaturarum finem constituit. Quod probare in primis licet, ex eo quod psalmo 8. David opera manuum Dei, oves, boues, & cetera vobilla vniuersa, subiecta homini tradit: non quidem quod omnia corporea & vobilla subiecta hominis dominio, (quid enim iutis homini in celos & sydera?) sed quod omnia in hominem tanquam in finem referantur. Quod à Christianis antiquis ex eo psalms loco similib⁹que scripturis iactant, bitem concinuit Celsus hosti Christianorum, ut Origenes refert lib. contra eum 4. [Nobis aiebant Christiani, omnia subiecta sunt; terra, aqua, aëris, astra, omnia propter nos creata, ut nobis serviant.] En in quo prīci Christiani statuerent illam omnium ad hominem subiectiōnem à Davide traditam. In ordinatione inquam omnium vobillium ad hominem tanquam ad finem, quam ordinationem. Origenes eo libro fusce confirmat, etiam si subiectio ad dominum videatur apterē falsa quod celos & sydera. Atqui certum est, si ille placuisse non est de solo Christo, ut fert nonnullorum sententia, tamen quæ de homine iuxta literam eo psalmo 8. dicuntur pertinere ad Christum vel secundūm alium sensum æquæ literalem, iuxta placitum quod eadem literam duabus sensibus literalibus dispatiat fætam agnoscit; vel saltem secundūm sensum allegoricum à Spiritu sancto intentum. Ita enim apterē habet Apostolus 1. Cor. 15. & Hebr. 2. exponens de Christo, subiectiōnem illam operum Dei, quam Psaltes simili citer homini tribuit. Igitur ea subiectio quæ operibus manuum Dei tribuitur respectu hominis, quæ videlicet sunt propter ipsum, uiuenda

RAYNA  
Tom. II.  
De Chri  
stianis  
De Atti  
christi  
XV

buenda est similiter Christo, in eo altiore & profundiore sensu in quo locus ille, de Spiritu sancti mente, ab Apostolo Christo est accommodatus. Quamvis enim idem me locu propt Christum respicit, aliam præterea subiecctionem ferat quam finalē solam; tamen ut sensus allegoricus literali per se, obvio respondeat, non potest illam subiecctionem excludere, quam cortex literæ omnibus visibilibus respecte hominis tribuit. Atque ita necesse est fateri, visibilia omnia Christum tanquam finem respicere, & in scopum illum collimate. Quod si id habent visibilia respectu Christi, dubitare non licet, quin idem sit de invisibilibus statuendum. Nam quæcumque ratio afferatur confirmans quod Apostolus Christo tribuit quod visibilia, æquò militabūt pro invisibilibus: & præcellentia que homini deerat, nec sinebat quod de visibilibus ad ipsum ordinatis affirmatur ad invisibilis extendi, non deest Christo respectu quorunque in visibilibus: quia l. cet Christus paulominis ab Angelis minoratus sit, speciendo solam humanitatem secundum formam naturalia principia & ornamenta, tamen compositum ex ea humanitate compactum, infinites supergreditur quasunque supernaturales substantias.

*ordinis gratia, finis Christus, ac proinde etiam ordinis natura.*

315 Alia probatio veritatis proposita, sea quod omnia creata ordinantur ad Christum tanquam ad finem, ex eo descendat est, quod sine villa dubitatione, totus ordo gratia ordinatur ad Christi gloriam, atque adeo ad Christum tanquam ad finem. Hoc ut perspiciat, statuendum est ex Tridentino sess. 6. cap. 7. Christi gloriam, esse finem subordinationis & non ultimatum, gratia & iustificationis nostra. Quod quamvis initio, plerique Tridenti congregatis Doctotribus, creditu difficile videbatur, tamen pluribus & Doctoribus probatum est; tandemque communis Patrum consensu firmatum, ut testatur qui adest Andreas Vega lib. 7. in Conc. cap. 20. multa proferens ad huius veritatis stabilitatem. Sed illud maximè eam confirmat, quod Apostolus Eph. 5. ait, fideles fusse in Christo signatos in landem gloria ipsius. Illud enim in sonat causalitatem finalē; ve Ecclesiastici 13. cum dicitur *innoca Deum in fornicatione. Senbus est propter saltem tuam.* Similiterque cum dicitur *ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia;* illud in ipso sonat causalitatem finalis, & idem valeret, ac propter ipsum, ut notavit Origenes lib. 6. contra Celsum. Credentes igitur signati, seu iustos heri, in laudem glorie, hoc est in gloriosem laudem Christi; idem est quod propter Christi laudem & gloriam esse iustificatos, tanquam propter finem non ultimum, sive subordinatum gloriam Dei, que est omnino ultimus finis nulli subiunctus. Et sicut ut ibi Hilarius Diaconus, gloria est Medici si multos curat, & quæ igitur gloria est Christi medici nostri, quod nos spiritualiter saner, & ab intentionibus nostris expiat.

Nec tantum hæc gloria Christi resultat de curatione nostra, sed etiam intenditur à Deo. Quia eo ipso quod Deus Christi humilitatem sibi coniunxit, personaliter, ut esset hominibus fons gratiae & gloriae æternæ, congruentissimum fuit intendi à Deo, ut Christus quem communicandæ gratiae & gloriae partipem faciebat, particeps item ficeret resultantis inde honoris & laudis. Idque planè fecunt plerique scriptura, quibus influuntur quantopere Deus honorem & gloriam Christi curæ habeat. Sic Ioannis 5. dicitur, *Patrem omne iudicium filio dedisse, ( & quidem quia filius hominis est ) ut omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem. Eam quoque ob causam 2. cor. 4. Apostolus, prædicationem suam vocat Euangelium gloriae Christi.* Quod si nos honestè intendimus Christi gloriam, tanquam capituli & Regis nostri, multo magis Deus censendus est eam gloriam intendere, quippe primus autor cuiusque nostri actus boni, quem elicere non possimus nisi dum ipse nobiscum efficeret & intenderet. Itaque gratia noui Testamenti, Christum spectat tanquam finem quod D. Augustinus pulchre dixit tract. 55. in Ioan. ad illad, *in finem dilexit eos.* Sic enim scribit: [Quid est in finem, nisi in Christum. Finis enim legis Christus, ( ait Apostolus, ) ad iustitiam omni credientis. Finis perficiens, non interficiens: finis quoque eorum, non vbi pereamus. Sic omnino intelligendum est, Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse est finis noster, in illum est transitus noster: Nam video posse ista verba Euangelica, quodam humano modo etiam sic accipi, tanquam usque ad mortem Christus dilexit suos, ut hoc videatur esse, in finem dilexit eos. Humana est sententia, non divina. Neque enim nos hucusque ille dilexit, qui semper & sine fine nos diligit. Absit ut dilectionem morte finierit, qui non est in morte finitus.]

316 Quod si sanctificatio nostra, quia Christum habet autorem, referatur à Deo in Christi gloriam, tanquam in finem non ultimum, & quæ eodem referenda est sanctificatio antiquorum. Nam omnes de Christi plenitudine accepunt, & nemini nulla unquam gratia obtigit, nisi per Christum, eō modo quem exponemus agentes de Christo capite. Vnde quia ceremonia omnes antiquæ, & præcepta omnia legalia, ordinabantur ad hominis sanctificationem; non quidem confertendam, ( quod non poterant, ) sed adumbrandam aut quoquomodo promouendam, excitando hominem ad actus quibus iustitiam fidei compararent: factum est, ut hæc sanctificatio ipsa ad Christum referebatur, ita & omnia eam quoquomodo spectantia, & quæ referentur in Christum, qui idcirco ab Apostolo dictus est, *finis legis Rom. 10.* non quod legem soluerit, sed quod adimpleverit, & ad eum tota lex sit directa, iuxta illud S. Hilarij lib. 11. de Trinit. [ Si legem Christus, qui finis eius est, non dissoluit, sed adimpleret, secundum quod ait: Non veni legem solvere, sed impleres: his non defecio est, sed consummata perfeccio. Tendunt enim ad finem omnia: non ut non sint, sed ut in eo ad quod tetenderant, maneat]

maneant. Ideo sensu Apostolus 1. Corinth. 10. dies legis gratiae in quibus Christus, vocat fines seculorum, quia ut ibi tradit Caietanus, anterius omnia secula in hunc finem collimant. Hicque est finis, de quo ut ex Hebreis tradit Lyranus Ecclesiastici 36. dicitur, *finitus tempus, & memento finis, & enarrant mirabilia tua.* Ad eundem finem respexisse Davidem psal. 38. cum dixit, *notum fac mihi Domine finem meum,* affirmit S. Ambrosius in eum locum. Ac ne longius ab eam, S. Hilarius ad titulum psalmi 54. S. Hieronymus & Theodoretus, ac ex recentioribus Genebrardus, adducens Rabbi Davidem Kimhi, de Christo accipiunt illum psalmis sex supra quinquaginta adscriptum titulum, *in finem.* Insigniter idem tradit S. Augustinus ad titulum psalmi 55. Et quanquam non me later, S. Hilarius ad titulum psalmi 52. *in finem* in psalmorum titulis, expondere de statu aeternitatis post seculorum metam; Nyssenus verò tract. 2. in titulus psalmorum cap. 2. expondere de beatitudine homini proposita in laborum premium; Alios denique alter eam inscriptionem expondere, de qua varietate videlicet Alazarium in cap. 1. Apocal. v. 8. notat. 8. Tamen plerisque aliorum expositiones, in istam revoluuntur. Omnia haec illud efficiunt, totum verus Testamentum, & gratiam uniuersam antiquorum, quo referetur omnis ille legis & rituum priscorum apparatus, Christum tanquam finem spectasse.

318 Liquer igitur, & nouum & verus Testamentum, atque aedò gratiam in quam virumque dirigitur, pro fine habere Christum. Quod S. Gregorius hom. 16. in Ezech. per pulchre expressum docet, verbis illis Prophetæ, & cubitus unus finis virumque Glossa S. Gregorij est. [V]t rorique dicitur, ac si dicatur virumque. Per latitudinem quippe liminis, & longitudinem portæ, verus ac nouum Testamentum diximus designari. Ad extremum verò additur, quod cubitus unus sit finis virorumque, quia videlicet & [T]estamentum verus, unus nobis mediatores Dei & hominum nunciauit; [T]estamentum nouum, eundem nobis nunciat in aeterna claritate venturum, quem iam pro nobis cognovimus incarnatum. Cubitus ergo unus virorumque est, quia & quem lex predixit, in carne apparuit; & ipse quem nunc Testamentum nouum loquitur, in gloria maiestatis apparet. Et tunc virorumque finis erit, cum visus in diuinis suis potentia, omnia que sunt praedita compleuerit. Scriptum namque est, *Finis legis Christus, ad infinitam omnia credenti.* Finis videlicet, non qui consumit, sed qui perficit. Tunc etenim legem perfecit, cum sicut lex prædictar, incarnatus apparuit. Sed adhuc de eius iudicio multa nouum Testamentum loquitur; adhuc multa de regno illius narrat, quæ nec dum videmus impleta. Ecce quotidie Euangeliū legitur, ventura prædicantur. Tunc ergo erit & noui Testamenti finis, cum & quæ de se promisit, compleuerit. Finietur verò Testamentum nouum, quia perficietur. Cum igitur id unde defumitur viuis cuiusque rei perfectio, sit finis finis, fatendum omnino est, duo Testa-

menta, (quandoquidem in Christo sortiuntur perfectionem suam, & consequenter gratiam, ad quam proxime ordinantur;) spectare Christum tanquam finem. Quod est dicere, totum ordinem gratiae puris hominibus collatae, in Christum tanquam in finem tendere.

*Concluditur, firmaturque proposita argumentatio de hristo fine proprio rerum omnium.*

318 Hinc eruenda est secunda illa probatio, qua confirmandum assumperam, Christum esse finem rerum omnium creaturarum. Nam ordo gratiae est superior ordine naturæ, longèque eminentior, ut per se notum est. Nec tantum est eminentior quomodounque propter se habet Angelus ad hominem, sed etiam cum subordinatione. Verè enim ratio ordo, naturæ subternitur ordini gratiae, cumque pro fine habet. Indeque orum habet subiunctione terrenorum ad temporalium, ad celestia & spiritualia, cum debitis ordo tenet. Quia igitur totus ordo gratiae puris hominibus collata, Christum spectat, finem suum proximum; multo magis ordo naturæ, qui ordinem gratiae proxime spectat, ad Christum quoque, ut finis sui proximi finis, referetur.

Video, hanc rationem prout proposita est, non vrgere nisi pro ordine naturæ corpore, qui hominem habet pro fine proximo; tantumque probare & hominem & omnia vivilia propter hominem condita, habere Christum pro fine; de ceteris tamen rebus naturalibus, id non probare. Nam ordo naturæ ad quem spectant Angelii cum suis naturalibus perfectionibus, iuxta sententiam que negat Angelos accepisse à Christo gratiam, non subordinatur ordini gratiae, que puris hominibus per Christum conferuntur. Itemodo gratiae Angelorum, constitutæ serie diuerlam ab eo ordine gratiae, in quo nos sumus: ita ut quamvis gratia sit rationib[us] differentialiter eadem, tamen diuersum fontem habeat in Angelo, diuersum in hominibus. Unde ratio proposita, que nititur subordinatione ordinis naturæ ad ordinem gratiae, & habitudine finali ordinis gratiae ad Christum, non habet locum quoad Angelos, si à Christo gratiam non hauriunt, ut fert verisimilima sententia de qua infra. Suppleri tamen potest quod ei ratione quoad Angelos debet dicendo, gratiam Angelorum ad Christum quoque referri, ut ad finem ex diuina institutione, & prouidentissima ordinatione; finis ministris qualib[us] ex naturæ, & ex eo quod Christus sit fons gratiae Angelorum, (quod de gratia collata hominibus certum est,) at saltem ex diuina institutione, sive ex eo quod Christus sit à Deo constitutus caput super omnem Ecclesiam Angelicam, de qua Christi prærogativa postea agemus. Membra autem corporis mystici, ad decus & ministerium ac obsequium capitis diuinis destinati, atque ad eos etiam habere eum pro fine non videntur, patebit ex infra dicendis de ratione capitum.

# Christus Alpha & omega.

143

Vna circa hæc omnia non leuis difficultas ensicitur, supposita sententia quam de fine Christi Domini supra tradidimus lib.3.nempe quod Christus non sit productus nisi ob salutem nostram, & occasione peccati. Si enim res ita se habuit, quomodo potuit ordo naturæ qui peccato præiacuit, & ordinis gratiae plane præsuppositus est, ad Christum referri tanquam ad finem, quem oportet præconcipi ut ad eum aliquid ordinetur? Verum hæc difficultas, ex dictis eodem lib. scit. i.c. 4, præsertim in solutione sexi argumenti, expedita sufficienter est. Ibi namque ostendimus, qua ratione Christus, etiam sola salutis nostræ occasione decretus, & præsupponens ordinem naturæ, potuerit præfigi tanquam finis operum diuinorum anterius præsuppositionum: quatenus feliciter Deus, cum occasione peccati deuenit et ad Christum **omnia** anterius decreta & præconstituta ad eum extinsecit retulit, acte quasi reflexo: quod abunde est ad tribuendam Christo rationem finis, respectu eorum. Nam quanquam essent futura, etiam Christus non fieret, tamen posito quod futurus sit, ad huius quoque hominis gloriam referuntur, tanquam ad finem extrinsecum, illis ex diuina institutione præsum.

## Vsus doctrine.

319 Est itaque Christus Dominus, nature totius & gratiae, atque aedē creatorum omnium finis. Et quia ad suis affectionem capienda sunt media, initicunt nobis necessitas, incundi itinera quibus ad scopum illum pertinigi potest: seruandi inquam Christi leges ac præcepta, quæ sunt veluti viæ quies se adiuti voluit. Egregie in hanc rem philosophatur S. Ambrosius serm. 5. in psal. 118.v.2. Præfatus enim memorati à Psalte eo loco, viam iustiarum, viam testimoniorum, viam mandatorum, subdit [Interrogemus ergo has vias, ut dicatur nobis, state in viis legis, & interrogate semitas aeternas, & videite quæ via melior, & ambulate in ea. Cum omnes igitur ambulauerimus vias, veniemus in omnium finem viarum, qui ait: Ego sum via. Christus ergo finis viarum. Ipse enim est finis legis ad iustitiam omni credenti. Hinc audeo dicere, quia finis iustiarum Christus, qui est iustitia finis testimoniorum Christus, de quo dicimus est: Estote mibi testes, & ego testis dicit Dominus, & puer mens quem elegi. Adiutorius igitur quantum nobis, ambulandum sit, ut veniamus ad Christum. Ambulandum in legi, quia finis legis Christus est. Sine lege ergo non peruenient ad Christum. Vnde manifestum est quod haeretici, qui legem veteris non accipiunt Testamenti, & si dicant quod Christum teneant, tamen non possunt tene-re finem, qui initium non tenuerunt: Ipse est Iesus, initium & finis. Oportet igitur ut ambulemus secundum legem spiritalem, ut veniamus ad legis finem Dominum Iesum. Oportet ut sequamur testimonia, ut peruenire possumus ad magnum testimonium Domini-num Iesum. Oportet etiam ut in præceptis

Domini ambulemus, ut perueniamus ad magnum præceptum.]

Alium fructum ex doctrina de Christo fine nostro, erat Gregorius Nyss.lib. de perfecta Christiani forma, vbi tractans quomodo Christus sit *caput anguli*, id referens ad Christianum finem nostrum, consummationem in nobis internæ externæque virtutis, eo nomine depositi, sic philosophatur. [Quod à sapiente architecto, fundamentum fidei & anguli caput nuncupatur, id quoque nobis ad vitam ex virtute instituendam expedier. Sic enim bonarum omnium & administrationum civilium, & disciplinarum, & institutorum, tum principium, tum etiam finem esse Dominum dicimus. Nam & spes, quam pro capite accipimus, ad quam rectæ honestæque actiones nostræ omnes tendunt, ille nominatus est à Paulo: & in principio huiusc viræ ad fidicij, quod ad ipsum dirigitur, fides in qua virtus principia tanquam fundamenta iacimus, & quotidianis officiis putras tum cogitationes, tum actiones nostras moderamus. Atque ita, quod vniuersi est caput, nostrum etiam caput efficitur, cum duobus vita nostra, corporis videlicet atque animi mutis per honestatem & puritatem constitutis, angulari coniunctione aperte cohæret. Quod si altera pars desit ædifici, ut vel animi putitas conspicuum extrinsecus honestatem non habeat, vel hæc quæ videatur, animi virtute vacet, eius manca inchoataque viræ caput non erit Christus, quippe qui duplice angulari fabrica tantummodo quadrat: (neque enim nisi duo concurrant parietes, angulus fieri potest.) Quare tunc imponetur ædificio nostro summi angularis fastigij pulchritudo, cum ex viraque parte, ad rectam virtutis normam duplex vita & recta & constans, & nihil oblique curiuque habens, perpendiculari concinna erit accomodata.]

Cui sic fuerit finis in hac vita Christus, spem habet bonam & firmam, fore illi Christum in altera vita finem, quem ahi verbis exprimit Julianus Toletanus lib.3, prognost. cap. vltimo. [Finis noster Christus, percipientes nos, ipse erit refectio & laudatio nostra, quem in lacula sæculorum laudabimus & sine fine laudantes amabimus. Ibi erit, (ut ait Doctor Sanctissimus Augustinus,) verè maximum Sabbathum, operibus, cuius finis non erit vespera, sed Dominicus dies, vel octauus, qui Christi resurrectione paratus est. Ibi vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quod erit in fine fine. Numquid alias est noster finis, nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis?] ]



T CAPV

## CAPVT II.

Christus primogenitus omnis  
creature.

**A**POSTOLVS Coloss. 1. illu-  
strissimum elogium Christo  
contexturus, gratias agit. **D**eo

Patri qui dignos nos fecit in partem fortis San-  
ctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate  
tenebrarum, & translitur in regnum filij dilectionis  
suae; in quo habemus redemptionem per san-  
guinem eius, remissionem peccatorum: qui est ima-  
go Dei inuisibilis: primogenitus omnis creature:  
quoniam in ipso condita sunt uniuersa in caelis &  
in terra, visibilia & inuisibilia, sive throni, sine  
dominatione, sive principatus sive potestate: om-  
nia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est  
ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est  
caput corporis Ecclesie, qui est principium primoge-  
nitus ex mortuis: ut sit ipse in omnibus primoge-  
nitus tenens. In tam illustri Christi elogio,  
nonnulla saltem de Christo homine affirmari,  
non est dubium. Nam ipse est quem Pater  
caput corporis Ecclesie constituit, & prima-  
tum in omnibus tenere voluit. An vero om-  
nia eodem elogio proposita æque in Christum  
hominem cadant, nominatimque ille titu-  
lus quem excutendum proponimus, & in  
quo dimissis in praesentia ceteris, hærendum  
est, nempe primogenitus omnis creature, non  
consentient DD. ac Patres.

Christum dictum primogenitum quā  
Deum, qui censuerint.

**S** 321 Perspicue S. Hilarius lib. 8. de Trin.  
tractans adductum Apostoli locum, inter ea  
qua in illo ad Christum prole Deum perti-  
nere docet, hunc titulum reponit, *primoge-  
nitus omnis creature.* [ Primogenitus itaque (in-  
quit) omnis creature est, quia in ipso omnia  
creata sunt. Et ne quod in ipso omnia creata  
sunt, non ad ipsum quisquam auderet referre,  
ait: *Omnia per ipsum, & in ipso condita sunt, &*  
*ipse est ante omnes, & omnia ipsi constant.* Om-  
nia itaque ipsi constant qui ante omnia est,  
& in quo omnia sunt. Et hæc quidem ad exor-  
dia pertinent creaturatum. Cæterum ob dis-  
pensationem corporis nostri, ait: *Et ipse est  
caput corporis Ecclesie, qui est initium, primoge-  
nitus ex mortuis, ut fieri in omnibus ipse primoge-  
nitus tenens, quia in ipso complacuit omnem plen-  
itudinem habitare, & per ipsum omnia reconciliari  
in eum.* Reddedit Apostolus, spiritualibus Sacramentum corporationis. Nam qui  
imago Dei inuisibilis est, ipse est caput cor-  
poris Ecclesie: Et qui primogenitus omnis  
creature est, idem initium, primogenitus ex  
mortuis est, ut in omnibus teneat primatum,  
dum nobis incorporalis est, qui Dei imago  
est: dum qui primogenitus creature est, idem  
primogenitus ad æternitatem est: ut qui

spiritualia debent, in primogenito creata  
quod maneat, & ei humana debent, quod  
in primo genito ex mortuis renascantur æter-  
na. Ipse est enim initium, qui cum Filius fit,  
imago Dei est. Primogenitus quoque omnis  
creature est, continens in se vniuersalis exor-  
diuum. Et rursus ipse caput corporis Eccle-  
sie est, & primogenitus ex mortuis, ut in om-  
nibus teneat ipse primatum.] Non dissimili-  
ter in psalmum 2. diserte pronunciat Chri-  
stum dici primogenitum omnis creature,  
quatenus Deum omnium creatorem.

Tinuit ergo vbi non erat timor, Isidorus  
Pelusiota lib. 3. epist. 31. eam expositionem  
tradens, cum subtimuit notandum seob eam,  
nouitatis pulcherrimè autem illam interpre-  
tationem ex Grammaticis legibus eruit in  
hunc modum [ ἀ παρθένος primogenitus, si  
secunda syllaba accutatur, cum qui primus na-  
tus est, significat. Si autem penultima, cum  
qui primum genuit. Atque id vobis preler-  
tim, quos Homer lectio delectat, competet  
& exploratorem est. πρωτότοκος enim ea, que  
primum peperit ab ipso dicta est. Probabile  
itaque, immo necessarium fuerit, animadver-  
tere, huiusmodi quodam sensu, hic quoque  
diuinum Paulum vsum fuisse, cum Christum  
omnis creature primogenitum dixit. Hoc quip-  
pe vocabulo, non eum primum ex omnibus  
rebus conditis creatum esse docet; (abst.)  
quippe qui splendorem glorie, & patrem  
substantię characterem, ipsum appelleret  
rūm eum res couditas primò peperisse hoc et  
effecisse: ita vt (tertia syllaba acuto accentu  
notata) πρωτότοκος, non πρωτότοκη id est pri-  
mogeniens, non primogenitus; πρωτότοκη non  
πρωτότοκος id est primo creans, non primo crea-  
tus.] Constatit postmodum hanc interpre-  
tationem, ex ipso Pauli contextu. [ Postquam  
enim dixit, primogenitus omnis creature, mox  
hæc verba subiuxxit, quoniam in ipso creata  
sunt omnia, qua in calis sunt, & que intera.  
Quamobrem si dixit, posse eum creata esse,  
qui secundum aduersarium pronuncieris,  
causam haud dico. Si autem in ipso, (etiam  
in creatore rerum omnium, procreatio &  
conseruatio est. Quod quidem etiam alio  
loco explanans, dixit in ipso enim vivere, &  
mouetur, & sumi,) sine controvlesia (ropi-  
nor, non nostra est victoria. Quod si ea etiam  
qua sequuntur narrauerit, luculentius adhuc  
trophæum erit. Ait enim, & ipse est ante om-  
nia. Non dixit, ipse factus est ante omnia; sed est  
ante omnia. Et omnia in ipso constituta sunt. Non  
dixit enim ipso, nec posse eum creata sunt.

Alio sensu hunc titulum Christo queat  
Verbo vendicat Nazianz. orat. 1. Christum  
enim prole Verbum vocat primogenitum ante  
res conditas, ut sensus sit, Christum ante om-  
nem creaturam esse genitum, non autem, ut  
illæ, creatum. Idem habet Ambrosius lib. 1.  
de fide cap. 4. Et hac ratione, Christus homo  
non est primogenitus omnis creature, nisi  
per communicationem idiomatum.

Cada

Cadit aptius in Christum, quā  
hominem Deum.

322 Nihilominus alij melius, nomen primogeniti omnis creaturae, ad Christum hominem & Verbum carne vestitum pertinere, sunt arbitrii. Ut omittant recentiores, Iustinianus 1. Ioan. 3. v. 5. num. 9. & Benzonius in psal. 86. cap. 3. sic Pelagius Coloss. 1. & pul. h̄e S. Cyrillus lib. de Incarn. vñigeniti cap. 26. [ Nuncupatus est & primogenitus & vñigenitus. Sed si quis vim ipsam (seruari voluerit) dictionum, primogenitus est qui est inter fratres plurimos, primogenitus: Vñigenitus vero ut vñigenitus, non iam primogenitus, nec inter plurimos fratres: Et est ipse & hoc, & illud. Et quomodo? Ergo secundūm aliud & aliud. Primogenitus enim vñiter plurimos fratres propter humanitatem vñigenitus porrò idem, ut solus, ex Patre natus & Deo.]

Explicatissime idem habet Nyssenus lib. de perfecta Christiani hominis forma hunc in modum. [ Cum haec nomina in eodem conuenire, coniungique nequeant, quod fieri non possit, ut idem & vñigenitus & primogenitus nominetur] in scriptura autem de verbo illo, quod erat in principio dicator, vñigenitus Deus, & tursus apud Paulum, primogenitus omnis creaturae: veritatis iudicio sic oportet haec omnia separare, & distinguere diligenter, ut vñigenitum intelligamus id Verbum quod est ante secula: omnis autem creaturae in Christo factae, verbum carnem factum esse primogenitum. Quod si quo modo ille & primogenitus ex mortuis, & primogenitus in multis fratribus intelligatur didicerimus, simul etiam quo modo sit creatura primogenitus, cognoscemus. Est igitur ex mortuis primogenitus, aut primis dormientibus factus, ut omni carni ad resurrectionem iter aperiret. Cumque nos qui naturam eamur filij, & celesti generatione per aquam & spiritum filios lucis, & dei filios esse effecturus, cuiusmodi generatione in Iordanis flamine, Dux ipse præcessit, ut ad naturam nostram primis spiritus, gratiam attraheretid est, ut omnes ex spirituali regeneratione ad vitam generatos fratres, ipse per aquam & spiritum antegenitus constitueret. Ad eundem modum creaturae in Christo generatae, ipsum primogenitum cogitantes ab opinione pia minime recelerimus. Quoniam igitur vetus creatura ingressa est per peccatum & iniurias redditia necessaria perditorum subiuit viam noua vita creatura, qua per regenerationem & resurrectionem ex mortuis constituta, cuius princeps auctor vita primogenitus est, & appellatur. ] Caeu existimes, voluisse Nyssennum, accessionem gratiae factam Christo esse, cum à Ioanne baptizatus est. Vult enim duntaxat Symbolis regenerationis nostrae initiatum fuisse Christum. Quo pacto, quecumque eiusmodi Patrum loca expponenda esse, docet Facundius l. 9. pro tribus capitulis c. 5.

323 Pereleganter Origenes hom. 16. in Iosue, cum monstraret quo mystico sensu

Iosue in scriptura dictus sit senex & proœctus dierum, addit. [ Verum quoniam instituimus quæ de leſi dicuntur, etiam & ad Dominum & Salvatorem nostrum referre, quis ita presbyter dicitur, ante quem nemo est: igitur tametsi sunt qui dicantur in scripturis presbyteri, vel seniores, vel Pontifices; tamen Dominus Iesus sicut in pontificibus pontificum principes est, & sicut in pastoribus princeps pastorum est, ita & in presbyteris vel senioribus princeps presbyterorum putandus est, & in Episcopis princeps Episcoporum, & omne quocunque honorabile nomen est, primum in hoc, & principem esse credendum est Salvatorem, quia ipse est omnium caput.] Diligenter denique & planè, esse Christum primogenitum omnis creatura in humana natura, ostendit Fulgentius lib. de decem Arianorum obiectionibus ad 3. [ Quod autem (inquit) eum primogenitum totius creaturae, dicit Apostolus, creatura triplex intelligitur reparata, non condita; creatura filiorum Dei, qua ex seruis eius facta sunt fratres eius, qui nos secundum Apostoli dictum, non confunduntur fratres vocare.] Addensat in hanc rem multas scripturas, tum concludit. [ Audimus Christum habentem fratres, audimus semen Abrahæ, audimus per mortem eum qui habebat mortis imperium, destruente; audimus tentatum, audimus passum, & dubitamus Christum primogenitum totius creaturae, secundum Incarnationis propterea mysterium? cum denud Beatus Apostolus, in quo eum primogenitum debemus accipere, testimonia sua prædicationis ostendat; Scimus (inquiens,) quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositionem vocati sunt: nam quos præcivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Qui ergo secundum Deitatem semper vñigenitus fuit sine fratribus, factus est secundum hominem primogenitus in multis fratribus.] Tradit id ipsum de Christo ut homine omnis creatura primogenito, Concilium Tolct. 11. in professione fidei.

*Binarationes idoneæ, exponendæ,  
Christi Dei hominis  
primogenitaram.*

324 Vides, hos Patres Christum, primogenitum omnis creatura nominare, propter hominem: nec aliam ob causam, quam quia est locus sanctificationis nostre, ut est apud Ieremiam, & quia nos participes illius sumus quoad sanctitatem & gratiam, quam nos voluntarie geniti verbo veritatis, & initium aliquod creaturae eius, participamus de eius plenitudine; regenerati ut pulchritudinig S. Fulgentius lib. de Incarnat. & grat. Christi cap. 20. per generationem aliquatenus proportionalem ei qua ipse & ab æterno de patris substantia, & in tempore per unionem hypostaticam, à patre genitus est. Restringit porro hæc explicatio nomen omnis creatura ad hominem. Soli quippe homines intet creaturas sublunares, per Christum homi-

T 2 nem

nem regenerantur, cumque ad modum prædictum habent primogenitum. Sed hoc non est præter usum scripturæ, ut S. Gregorius obseruavit hom. 29. in Euang. & pulchre Origenes hom. 2. in diversis scribens. [Tertius mundus est, qui ratione mediatis, & superiore spirituum, & inferiore corporatum in seipso copulat, & de duobus unum facit. & in homine solo intelligitur, in quo omnis creatura adunatur. Corpore enim constat & anima, corpus de hoc mundo, & anima de altero mundo colligens, unum facit ornatum & corpus. Quæ de compagine una congregantur, omnem mundanum hominis conficiunt ornatum; ideoque homo dicitur *omnis creatura*. Omnis namque creatura in ipso velut in officina quadam confatur. Hinc & ipse Dominus predicaturis Discipulis præcepit; *predicare Euangelium omni creatura*.] Et infra: hoc planè sensu accepit titulum Christi in quo versamus, sic dicens. [Verbum Incarnationis Dominus noster Iesus Christus, plenitudinem gratia secundum humanitatem accepit, quoniam caput est Ecclesia, & primogenitus est creatura vniuersitatis; hoc est totius vniuersaliter humanitatis, quæ in ipso; & per ipsum, sanata & restituta est.]

325 Non pauci tamen ex iis qui Christum primogenitum omnis creaturæ interpretantur ratione naturæ assumptæ, accommodatiis ad præsens institutum philosophantur. Non enim in huius tituli explicatio, respiciunt ad oleum illud latitum quo Christus præ participibus suis inunctus est, sed Christum vocant *primogenitum omnis creatura*, quia honore prælatus est omnibus creaturis, & constitutus heres vniuersorum. Notum enim est, quæ & quanta sint primogenitorum prerogativa, ut latissime prosequitur Tiraq. in prefatione Operis de iure primogeniti. & alij quos citat Pineda l. 2. de Salomon. cap. 1. num. 2. Itaque Christus est primogenitus omnis creatura, quia omnes honor præcedunt. Ita aperte habet creditus Anselmus Coloss. 1. qui post multa in eam sententiam, quibus tradit. Christum in suscepit humanitas dici *primogenitum*, subdit. [primogenitus ergo dicitur omnis creatura, quia sicut primogenitus omnium fratrum, primatum dignitatis obtinet inter omnes fratres, sic humanitas Christi primatum dignitatis obtinet inter omnes creaturas, ut sedeat cum principibus & solum gloria tenet.] Pelagius breuiter idem tradit ad eundem locum, sic scribens. [Dicitur Christus primogenitus secundum assumptionem hominis formam, non tempore, sed honore: iuxta illud, *sensus meus primogenitus Israël*.] Theodoretus item quamvis ex interprete paulo obseruus loquatur, videaturque ad eos accedere, qui Christum primogenitum omnis creaturæ ratione generationis æternæ dictum censem, tamē reuera quantum ex probationibus quas adhibet, & toto commentarij ad hunc locum decurso colligitur, *primogenitum* Christum ratione primi honoris Christo delari, dictum existimat: quod confirmat ex eo quod Apostolus, Sanctorum coram appellat *Ecclesiam primogenitum*.

*sue primogenitorum.* [Non quod omnes, primi naturæ soluerint marum vetos, sed quia maior honor primogenitis lege significavit per hanc appellationem.] Verba sunt ipsius Theodoreti, apud quem verba illa ex interprete ad initium commentarij in hunc locum. [Est ergo primogenitus creature, non quod sororem habeat creaturam, sed quod ante omnem creaturam sit genitus, (is inquit qui filius est, etiam quod generationem temporalem;) ante omnem creaturam sit; supple *constitutus*, & honore praetulus ut moris est præferri ceteris liberis primogenitos. Addi potest ad robotandam interpretationem tituli in quo versamus, illud psalmi 88. & ego primogenitus ponam illam, *excelsum præ Regibus terra*. Quæ verba nostra literæ extimum corticem, de Salomonem dicuntur, qui non etas primogenitus Davidis & tamen dicitur à Deo *primogenitus*, id est excelsus præ Regibus terra. Similiter ergo Christus primogenitus est omnis creatura, quia toti creaturæ vniuersitatis, et prætutus honore ac dignitate.

Tertia eundem titulum explicandi rati, ex S. Ambroso.

326 Vtrahis propositatum interpretationum admittatur, perinde est ad temponiam. Tertiam addo non omnino literæ incongruentem, & quod à S. Ambroso fita dicta, non aspernandum. Sic haber lib. 1. Hebreos. cap. 4. [Ipse Christus est primogenitus omnis creatura, sive quia ante omnem creaturam, sive quia sanctus, quia primogeniti sancti sunt, ut primogenitus Israël: non quia ante omnes, sed quia sanctior ceteris. Sanctus autem Dominus supra omnem creaturam, & secundum corporis susceptionem, quin solus sine peccato, solus sine vanitate. Omnis autem creatura, subiecta vanitate.] Nimirum primogenitus apud Hebreos sancti erant, tum consecratione, tum debito. Itaque non abhorret ab usu scripturæ, ut sanctus dicatur primogenitus, & sanctus præ omnibus, primogenitus omnium. Non est quidem omnis primogenitus sanctus: sed tamen omnis sanctus, est primogenitus. De quo pereleganter & copiosè dicitur idem S. Ambrosius lib. 2. de Cain c. 2. & epist. 14. quæ est ad Irenium. Christus ergo est primogenitus omnis creatura, id est sanctus domino & in se sanctus pri omnibus creaturis, ac nominatus præ participibus.

Quod alij primogenitum in natura humana Christum statuunt, quia est primum intentione opus Dei, & in primo rationis signo editus est ante omnes colles, id est priorquam de villa quantum sublimi creatura edenda agitaret Deus consilium; hoc inquit nobis iuxta principia l. 3. iacta probari non potest. Vidimus enim Christum non esse decreatum,

RAVINA  
Tomus II.  
De Christo  
et Tomus  
De Affectione  
Christi  
A. 17

nisi occasione peccati atque ad eum natum est ordinem , & aliqua ex parte ordinem gratiae in priore rationis signo esse decretum: postea vero concluso per peccatum ordine diuinitatis constituta, successisse remedium, per Christi aduentum tunc prae finitum. Quare sicutendum est in alterutro priorum doctorum modorum explicandi hunc titulum.

Vsus doctrinae.

Vsus doctrinæ esse debet, immensa quædam estimatio dignitatis Christi Domini, tamquam apicis creaturarum omnium. Apud Proclum in Chrestonathia, descriptus habetur ritus Daphnephoriorum, quem possit quis ad Christum aptare hac ex causa. Gestabatur oleagineum lignum lauris ornatum, & exornatum variis floribus. In apice ænea sphaera imposita erat, ex qua alia grandiuscula subiecta, tum minor plurius dependebant. Medio ligno purpureæ coronæ aptabantur, minores superioribus trecentæ & 65. numero. Suprema sphaera iuxta Proclum, Solen & Apollinetum, proxima lunam, globali astra & stellas, corona cursum annum significant. Comitabantur Daphnephorum, Chori virginum. Hæc summatim de eo ritu ex Proculo. Quæ sic licet accommodare: In ordine quoque creato, sed nominatim in supernaturali, Christus summum verticem occupat, ei subest immediatæ Deipara, quam celestes ordines beatorum spirituum consequantur, Apostoli & Martyres, & omnes qui in temporum cursu peruenierunt ad regnum, perficiunt tertium hoc decoris. Comitantur illæ aliquando peruenturi, qui hic vivunt puri & nitentes.



CAPUT III.

Christus, Dominus omnium, heres  
Vniuersorum.

**327** **O**MNIVM aliud est proprietatis, aliud iurisdictionis. Hoc quia erga subiecta duntatione pollutior exerceatur, infra videbitur quale nam fuerit in Christo. Nunc dominum proprietatis, quod æquè in omnia potest cadere, consideremus. Potest autem dominum proprietatis in Christo distinguiri duplex; nempe unum naturale, siue fundatum in titulo humano, alterum supernaturale.

Dominum proprietas humanum,  
tenuer in Christo.

Primum dominum in Christo, ad valde pauca extensum est; Tantum abest ut sic illud quo Christus est Dominus omnium. Est quidem de fide definitum à Iohanne 22. Extra. cum inter nonnullos, & Extra. qui querun-

dam, Christum habuisse aliquando alicuius rei dominium, saltem simul cum collegio Apostolico spectatum. Semper enim Pontifex de domino illo agens, Christum & Apostulos iungit; nec agit de domino Christi ante baptismum quia tunc Christus erat quasi filius nondum emancipatus, idoque nihil habens proprium: sed tantum agit de Christi domino post baptismum, cum iam instituerat collegium Apostolicum: & pro tempore, dehinc usque in Christo & Apostolis, rei alicuius dominium humanum, quale passim habent coerceri homines; idque negare, docet esse contra fidem; & patet ex loculis quos Iudas tradidit, dicitur *fur*; quo pacto non appellatur, nisi loculos expliendo, peccasset contra iustitiam, & violasset dominium Christi, vel eius simul & Apostolici collegij in talia bona. De hoc igitur non licet Iesus fide dubitate. Quinetiam nonnulli volunt, Christum in aliqua prædicti temporis parte, scilicet ab Apostolis spectatum, ut iuris benigne condescenderet, habuisse sibi aliquid proprio & peculiari, dominio: Idque de loculorum dominio affirmit Iustitia, disp. 1. in Paulum cap. 4. à num. 25. Tamen saltem in alia aliqua prædicti temporis parte, certum est Christum nihil priuatim habuisse, sed ad summum in communione ex eo constat, quod Matth. 8. profiteretur se pauperiorem vulpibus foueas habentibus, & volucribus coeli, nido non destitutus. Et sunt qui addant, pro aliqua parte eiusdem temporis, Christum nullius prorsus rei, at ne in communione quidem habuisse, dominium. Ita enim censent Miranda t. 1. Manual. Prelat. quest. 11. art. 3. Azot. tom. 1. l. 12. cap. ultimo q. 12. Vasq. tract. reddit. Eccles. cap. 1. §. 1. num. 5. Quamvis autem hoc incertum esse dicat Suares t. 2., p. d. 28. l. 2. & impugnati valide videtur, ex eo quod vestes quas Christus semper habuit, nullius alterius fuerunt quam Christi saltem simul cum collegio Apostolico eas in communione possidentis: Nihilominus per se liquet, etiam si hoc qualemcumque dominium Christo, aut cum Apostolis communiter, aut ipsi soli & priuatim concedatur, longè augustinus esse quam dominium aliud, quod in Christo agnoscere potest.

*Supernaturale in omnia, quæ  
repudient,*

**328** Hoc est secundum dominum proprietatis, quod supernaturale vocabam, quia fundatur in supernaturali titulo, quamvis spectato obiecto qua ex parte temporalia complectitur, dici possit *temporale*, vi & *spirituale* qua ex parte substantias & formas spirituales comprehendit. Nihil enim est infra Deum, quod ambitu huius dominij non comprehendatur, & Christi non sit, etiam directe. Huiusmodi amplissimum & multis creaturarum finibus coercitum dominium proprietatis, Christo videntur scripturae, ac Partes, suffragante ratione. Delibabo selectiora quedam, præter alia quæ in hanc rem producent recentiores, qui huic sententiae de Christi dominio proprietatis in res

T. 3. omnes.

omnes, astipulantur: ut Nauarrus in cap. no-  
uit, de iudicis, notat, 3. nam. 6. 4. Toletus in  
cap. 13. Ioan. ad illud, *sciens qui omnia dedit ei*  
*Pater in manus, & ibi annor. 17. in fine Iusti-*  
*nian. Hebr. 8. & Prolego, in Paulum disp.*  
1.c. 4. num. 25. Lorinus in psal. 8. v. 9. *in fines*  
Alfonius Mendoza relect. de dominio  
Christi à num. 13. Salaz. in cap. 8. Prougb. à  
num. 105. Praepositus 3. p. quæst. 22. dub. 2.  
Refragante tamen Vasque 3. p. d. 87. c. 6. qui  
dominium hoc Christi supernaturale, depre-  
sus diuino, & superius humano fundato in  
titulo merè temporali, pertinensque ad om-  
nia reata, purat, commentitum, & pugnans  
cum dominiiis humanis, quæ nemo diffidetur  
aut diffiteri potest. Et videri etiam potest,  
pugnare cum Christi paupertate, tam decan-  
tata in scripturis & apud

ctionis, eodem dominum quoque proprietatis  
vendant, ut tuox videbimus. Itaque non  
videtur negandum, quin princeps Aposto-  
lorum, Christum denominans *omnium Domi-*  
*num, signatum voluerit yniuersale dominum*  
*proprietatis, quod Christo concedimus. Idem*  
*tradit Paulus Hebr. 2. accommodans Christo*  
*illud psalmi 8. Confituisti eum super opera ma-*  
*nuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius,*  
*In ea enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit*  
*non subiecit ei. Quæ item tradit i. Corinth.*  
15. verbis illis. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.*  
*Cum autem dicat, omnia subiecisti a sum et, sine du-*  
*bio prater eum sum et omnia. Nihil luca-*  
*lentius aut expressius, in hanc rem, desiderari*  
*videatur posse. Præterea vero idem Apolonus*  
Hebr. 1. agens de filio nobis loquente in Pa-  
tris nomine, atque adest homine, ait, *quem con-*  
*stituit heredem yniuersorum ad regnorum destra-*  
*bens Hebraismo admodum frequenti, posse*  
*tionem ac dominium omnium. Nec omitte-*  
*dunt est illud ex cap. 13. Ioan. *omnia dedit ei**  
*Pater in manus. Non me latet, aliquis Patres*  
*hæc verba ita accipere, ut sensus sit, Deum*  
*commisisse Christo totum negotium salutis*  
*ad redemptionis nostræ. Ita S. Chrysostomus*  
hom. 69. in Ioannem, & Origenes tomo 32.  
in idem Euangel. um, ac Theophilactus: con-  
sentianturque Toletus, & Maldonatus ad lo-  
cum prolatum. Existimando tamen adhærendum  
potius aliis, qui verba proposita, de yniuersali  
ac pleno in omnia Christo dominio in-  
terperantur: inter quos est S. Augustinus  
tract. 55. in Ioannem. S. Cyrilus lib. 9. in idem  
Euangelium cap. 3. S. Gregor. 3. moral. 6. 12.  
Theodorus Hæredeotes ac Mopsuëtius  
ad locum citatum. Et eorum aliqui rete  
confirmant suam hanc interpretationem, ex  
scopo Euangelistæ, qui narraturus Christi  
Domini sūnimam demissione in extrema  
ecclæ, ne Christus ex abiectione voluntaria  
ad lauandos discipulorum pedes, cuiusdam vi-  
lesceret; præfatur eum quamvis esset heres  
yniuersorum, & planè omnium Dominus;  
tamen mox abiturum ad Patrem, ut testaram  
magis relinqueret tanq; necessarium mortali-  
bus humilitatis doctrinam, voluisse discipu-  
lorum pedes lauare.

#### Suffragium S.S. Patrum.

329 Nihilominus dominium quod Christo  
assignabam, agnoscent scriptura non uno  
loco. Eoque fortassis respiciebat is qui Pe-  
trum Blesensem damnavit blasphemie, eo  
quod Christum dixisset, factum esse pro no-  
bis pauperem, ut ipse Blesensis referri in In-  
uestigatio contra depravatorem operum suo-  
rum. Quæ quidem inepta profus est censu-  
ra; cum scriptura ipsa loquatur eo modo quo  
Blesensis. Tamen non potuit alium colorem  
habere qui eam censuram tulit, quæm quod  
in variis scripturis prodatur Christi domi-  
nium, quo videtur pauperas excludi. Inprimis  
ergo S. Petrus Act. 10. hoc Christi domi-  
nium videtur tradere verbis illis. *Verbum mis-  
sit Deus filius Israhel, annuncians pacem per Iesum*  
*Christum, hic est omnium Dominus. Video id*  
posse accipi de dominio iurisdictionis. Vide-  
turque eum locum sic accipere Nyssenus  
orat. 11. (imo 12.) contra Eunom. verbis illis.  
[Deus esti servi formam induit, non ipse  
seruus efficitur, sed ad dominationem &  
regnum extollit quod subiecitur, Dominum &  
Christum faciens, quod humile & humanum  
est.] Idem habet Cyrillus Hieros. catech. 10.  
Dicit quidam ex Apostolis &c. *Sermonem mi-  
sit Euangelizans per Iesum Christum: Hic est*  
*omnium, Dominus. Quando autem dicit, om-  
nium, nullam dominij partem excipit. Siue*  
enim Angeli, siue Archangeli, siue Principa-  
tus, siue quidpiam eiusmodi rebus creatis ab  
Apostolis nominatum; omnia sunt dominio  
filii subiecta. Angelorum est Dominus, sicut  
habes in Euangelio; *Tunc recebit ab illo Dia-  
bolus, & Angeli accepterunt, & ministrabant ipsi;*  
quod est officium seruitutis. Cum ex virgine  
nasci debebat: ministrabat tunc Gabriel; propter  
dignitatem esse repuans ipsi ministrare.] Alia loca addit quæ solum dominium  
iurisdictionis sonant.

330 Posset igitur locus Petri, non de do-  
minio proprietas, sed de solo dominio iuri-  
sictionis seu regno accipi. Sed cum scriptura  
non distinguat, nec nos distinguiere debe-  
mus. Quinetam vox domini potius sonat do-  
minum proprietas. Et quæ rationes, Christo  
arrogant dominum yniuersale iuridi-  
cionis sonant.

Chrysostomus

RAVINA  
Tomus  
De Chri-  
stomus  
De Atti  
christi  
XV

# Christus, Dominus omnium: 149

Christus hic est, qui possessionem sibi vendicat, & iure creationis, & merito redemptio-  
nis, & dono Patris. Cui enim alteri dictum  
est; postula à me & dabo tibi gentes heredita-  
tem tuam, & possessionem tuam terminos terrae?  
Possessionem & dominium cede huic; tu cu-  
ram illius habet.] Locus est expressissimus &  
citra expansionem ullam manifestissimum.  
Idem S. Bernardus serm. 2. de Ascens. ex Christi  
operibus confirmat Christum fuisse uniuersorum Dominum, talēmque ab omnibus  
creaturis agnitus docet. [Terra enim (inquit)  
cognovit dominum, qui ad vocem virtutis  
eius, cum clamasset magna voce, Lazarus veni-  
feras, mortuum reddidit. Cognovit mare,  
quia solidum se præbuit sub pedibus eius,  
ita ut Apostoli cum putarent phantasma esse.  
Cognovit infernum, cuius ipse portas æreas,  
& vices ferreas confregit, ubi & ligavit il-  
lum insatiabilem homicidam qui vocatur  
Diabolus & suanas. Profectō qui mortuos sus-  
citauit, leprosos mundauit, cœcos illuminauit  
claudos firmauit, & omnes exsufflauit in-  
finitates, Dominus omnium fuit; & eadem  
manus qua fecerat, qua defecrāt recifebat.  
Sic & qui in ore pīseis, cum ipso pīse sta-  
teram inueniri prædixit, pater procul dubio  
qua maris, & omnium quæ in mari mouen-  
tur, Dominus fuit. Qui vero traduxit æreas  
potestates, & affixit eas etiū suæ, claret  
qua super infernales officinas, potestatem  
acepit.]

S. Anastasius Sinaita, initio libri septimi  
(imo octauii), nam virolo est inscriptio in  
omnibus quas vidi editiōibus,) explicatissimè & pulcherrimè tradit, quomodo Christus sit Dominus. Observatque per septem-  
decim prima Genesios capita, (iuxta diui-  
sionem capitū quam sequebatur,) quādū  
sermo fuit de prima mundi molitione, Deum sim-  
plici nomine *Dei*, fūlli designatum. Ex  
quo autem ventum est ad iteratam narratio-  
nem molitionis diuinæ, in typum instauratio-  
nis terrenæ per Christum facienda, illicid  
Mōsem non ultra nominale Deum simplici  
nomine *Dei*, sed vocālis *Dominum Deum*.  
[Nam quod de humā naturā ab eo suscep-  
tione accipiat hoc nomen, *Dominus*, audi  
David dicentem; *Benedictus qui venit in nomi-  
ne Domini, Deus Dominus, & apparuit nobis.*  
Et rursus, *Dixit Dominus Domino meo, sede à  
deixis meis*, nempe post suscep-  
tam carnem. Sedet enim est proprium corporum. Vnde  
& Gabriel è celo hanc deduxit appellatio-  
nem, dicens gloriissimam *Deiparum*; *Ave gra-  
tia plena, Dominus tecum*. Et Gabrieli coan-  
gelidicunt paſtoribus qui erant in Bethleem,  
*Natus est vobis Christus Dominus in ciuitate  
David*. Cum quibus Elizabet, vt præclarata par  
Angelis: Angelī māter, dixit patrī Angelis, &  
qua erat vel Angelus vel Archangelus, &  
etiam supra Angelos Dei matri. *Ez. unde mihi  
buc, ut veniat mater Domini mei ad me!* Paulus  
autem id quod Christi Mōni erat corpo-  
rem, nominat Dominum. *Non*, (inquit,) *Dominum gloria crucifixissent.* Et in delcen-  
tū ad inferos, & in assumptione ad cœlos Do-  
minum fortē, & potentem, & Dominum  
exercitum, Christum Angeli appellarunt.]

En Christum, iudice Anastasio, absolute &  
simpliciter Dominum, & antonomasticè sic  
denominatum, ex quo carne vestitus est Deus  
S. tamen Athanasius orat, contra Sabellij  
Gregales, plerasque Scripturas addens, quibus  
probat dominum in scripturis, de Verbo  
non de Christo dici. Ut ut sit, aperte à nobis  
stat Anastasius.

S. Gregorius hom. 8. in Euang. exponens  
cur Christus peregrē sit natus non domi pa-  
rentum, sic habet. [Qui non in parentum  
domo, sed in via nascitur, ut profectō ostendere  
tur, quia per humanitatem suam quam al-  
sumperat, quasi in alieno nascetur. Ali-  
enum videlicet non secundum potestatem di-  
co, sed secundum naturam. Nam de potestate  
eius scriptum est; *In propria venit.* In natura  
eternam sua, ante tempora natus est; in nostra,  
venit ex tempore. Qui ergo æternus perma-  
nens temporalis appauit, alienum est ubi  
descendit.] Fateretur S. Gregorius, Christum  
secundum humanam naturam nudam, natum  
esse in alieno: potestarem tamē Christi in  
omnia, ex quo venit, perspicue agnoscit: ra-  
tionēmque optimam huius veritatis con-  
tinent eius verba, quam propositum ac eu-  
lūlūtum venio.

*Ad idem, ratio valida ex unione.*

342 Rationem ergo huius in Christo  
domini proprietatis, ex eo in primis licet  
eruere, quod Christus in propria venit tan-  
quam filius familias, non ut extraneus. Quo  
etiam facit, quod Apostolus Christum voca-  
vit *baredem uniuersorum*. Vox enim *baredi*,  
qua ut plurimum, siue seclusis impedimentis  
per accidentem, ut sterilitate, ingratitudine, sce-  
lere, cadit in eum qui est filius, insinuat.  
Christum titulo filiationis naturalis factum  
esse Dominum omnium. Nec refert quod vox  
Græca *Kairos* quæ apud Apostolum legi-  
tur, significet potius *fortitum*, quam cum  
quem *baredem* passim vocamus. Hæc enim  
potestio, & hoc dominium vocari debet *sors*,  
spectata prima radice ex qua habetur. Quam-  
vis enim supposito quod Christus sit produc-  
tus, deberetur ei huiusmodi dominium; ta-  
men ut produceretur, & humanitas Verbo  
vinitur, mera sors fuit per comparationem  
ad Christum; quia ei obtigit absque meritis.  
Eaque ratione, iustificatio quoque nostra ap-  
pellatur *sors*, ut D. Augustinus notauit in  
psal. 34. Christus ergo forte factus est filius.  
Ex quo tamen filius est, verè est dominus  
uniuersorum, & Patris hæres. Quadras cum  
hac ratione perbellè, quod Psaltes de Christo  
ait psal. 67. *Ascendit super occasum, dominus  
nomen illi.* Eum enim ascensum super occa-  
sum, aliud non esse, quām Verbi Incarnatio-  
nem, scitè in hunc modum tradit Isidor. Pe-  
lusi, lib. 1. epist. 248. respondens Dracontio  
Presbytero. [Quāris quonam pacto, cum  
Deus oris appelletur, ac lumen inaccessum  
sit, super occasum tamen ascenderit. Respon-  
deo; oris vocatur diuinitas ortus expers,  
qua sempernum lumen est. *Ascensus autem  
super occasum*, est humana paupertatis, com-  
munio ac Societas, qua occasus est, ac nocti  
funeris]

similis, si cum superno splendore comparetur. Incomparabiles enim haec duas res erant, priusquam eas artifex in se ipso copulasset,] Ex eo ergo duarum naturarum nexu, unde extitit Christus filius Dei naturalis, effectum est, ut Dominus nomen sit illi. Ut omnia inquam quae patris sunt, dominio proprietatis eius subiaceant. Nam si filius, & heres per Deum. Et cum respectu Dei qui est pater immortalis, hereditas non possit adiri a filio post patris mortem, necesse est ut cum primum filius est in statu, paterna hereditatis dominium obtinendis, (in quo statu semper fuit Christus, etiam si adhuc viator,) hereditatem illicet audeat, sitque eius Dominus.

*Exprimitur per repensas Deo homini ob nos pauperato, diuitias.*

343 Hoc ipsum voluerunt non pauci partes, qui Christum dixerunt iure factum esse Dominum omnium, quia cum diues esset, ut Apostolus ad Corinthios dixit, *proper nos egenuit factus est.* Ea namque paupertas Christi, si de prima & principaliore agamus, alia non fuit, quam nostra carnis assumptione. Sic Nazianzenus orat. 38. Christum, cum diues esset, factum egenum, interpretatus assumptum carnem, quae egesta ipsa est. Vbi Nicetas, carnem dici paupertatem obseruat, quia tam multis egit ad sui conseruationem. Quod Elias ad orationem 10. ferè in fine rectè prosequitur. Rursus Theologus orat. 10. n. 88. S. Basilium laudat, quod paupertatem coleret in virtute facilè parabili memor Christi, qui carnis paupertatem nostra causa subiicit, ut nos Ihesus diuinitate locupletemur. Ex eodem S. Cyrilloc in calce anathematismorum, allegat egregium hunc locum, decerpsum è commentariis in epist. ad Philipp. quæ non extant. [Hoc sapientur quod & in Christo Iesu, qui cum esset in forma serui, non est rapinam arbitriam aequaliter esse Deo, sed seipsum exinanivit, formam serui accipiens. Quid pauperius sub Deo figura serui? Quid humilis sub rege omnium, quam venire in communionem pauperis nostra naturæ? Qui rex regnantium & Dominus dominantium, serui forma induit, subditus fit potestatem gentibus. Dominus creaturæ, in speluncam diuertit. Qui vniuersum palmo concludit, non inuenit locum in diversorio, sed in praesepio brutorum reclinator. Mundus & immaculatus, humana naturæ suscipit fortes, & omni paupertate nostra perfundit, vtque ad mortis finem peruenit. Videtis voluntaria paupertatis mensuram?]

S. Ambrosius in psal. 40. v. 1. [Beatus ergo qui intelligit super Christi inopiam & paupertatem: qui propter nos pauper factus est, cum diues esset. Diues in regno, pauper in carne, quia suscepit hanc pauperem carnem. Pauperes enim facti sumus nimis, qui virtutum exuicias pretiosas fraude serpentis amissimus, exclusi de paradiſo, electi de patria in exilium relegati, ipso quoque nudati corporis integrum, quod ante virtutum septa munibant, postea delicta nudarunt. Si ergo

egenus & pauper in carne, vtique egenus & pauper in carnis istius passione. Non ergo in diuitiis suis, sed in nostra passus est paupertate. Ideoque non plenitudo diuinitatis, que in illo corporaliter habitat, ut scripturatur, sed caro passa est.] Haber alia in eam rem plurima.

344 Chrysostomus hom. 17. in 2. Cor. tractans illud Pauli, *sevit gratiam Domini nostri Iesu Christi, qui cum diues esset, egens prepter nos factus est* potentem adhortationem quæ inde Apostolus Corinthios impellit ad promptè & largè erogandam elemosinam, sic glossat. [Considerate animo expendite & cogitate, gratiam Dei, & ne obite præter curritis illam, sed benè coniectetis illius magnitudinem, quanta sit & qualis, & nullis rebus vestris pareatis. Ille glorian euacuauit, non ut vos diuitias illius, sed paupertate di secesseritis; Si non credis quod paupertas diuitias facit, cogita Dominum tuum, & non ultra dubitabis. Nisi enim ille factus esset pauper, tu non factus esses diues. Nam hoc mirabile est, quod paupertas opulentas fecit diuitias. Diuitias autem hoc loco dicit, scientiam pietatis, peccatorum purificacionem, Iustitiam, Sanctionem, & innomina bona quæ nobis exhibuit, & exhibuitis eis, maximè cum omnia per paupertatem factus sit nobis. Quia paupertate & quia assumptione carnem, & factus est homo, & pauper est ea quæ passus,] quod illustrat S. Augustinus serm. 15. de verbis Apostoli cap. 1. Et copiæ in psalmum 101. in titulo, post latè descripsit Christi diuitias. [Meruendum est, inquit] ne tantis diuitiis nostra paupertas faciat iniuriam. Quare adhuc tamen, ne ipse sit pauper iste, quoniam verbum caro factum est, & habuit in nobis. Respic & illam vocem, ego seruus tuus, & filius ancilla tua. Attende ancillam istam castam, & virginem, & matrem. Ibi enim accepit paupertatem nostram, vbi serui formam induitus est, feneripsum exinaniens, ne diuitias eius expavesceret, & ad eum accedere cum tua mendicitate non auderet. Ibi accepit, inquam, formam serui. Ibi nostram induitus est paupertatem, ibi se pauperavit, ibi nos dedita.]

Vigilius lib. 4. contra Eutychem, cum retulisset hæc adversarij verba [consecutum illum hominis in sanctem, & si quid aliud voluntariæ paupertatis est proprium.] subdit. [Quæ est enim eius paupertas, nisi naturæ infinitas, quam id quod ait apostolus, quæ cum diues esset, pauper factus est?] & S. Gregorius ad titulum psalmi 5. pœnit. qui est oratio pauperis, sic scribit. [Quis est iste pauper, cuius in hoc psalmo notatur oratio, nisi ille de quo ait apostolus; Quæ cum esset diues, pauper pro nobis factus est &c.] Idem brevius habet 18. mor. c. 19. exponens illud, eos quos obliuio ejus generis hominis.

Luculentissime Fulgentius lib. contra sermonem Faſtid. cap. 13. [Factus est habitus leuis, sed Dominus rerum omnium naturaliter esse non destitit. Et factus est secundum carnem pauper: nihilominus tamen secundum diuinitatem ditissimus mansit. Hinc est quod Beatus apostolus, Christianos assertit pauper-

tate dictatos, dicens: *Nostis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quia propter nos egenus factus est, cum esset dñs, ut illius paupertate vobis dñs esset.* Nos autem diuites sua paupertate nullatenus faceret, si pauper factus, naturalis diuinitatis in se diuitias non habet. Idem obiter habet S. Cyprianus lib. 2. Pentab. c. 3. Sed & inter posteriores Richardus à S. Laurentio, eum locum psalmi 48. *simil in unum dñs & pauper,* de Christo diuite simul & paupere non semel accipit. Nam diuitias, nomen Dei Verbi quod in Christo sicut mundum reconcilians sibi, aperit p̄fert. Paupertas vero ei qui carnem nostram audiuerit, incomparata esse non poterit. Ita ille lib. 1. de laud. De ipsa ferè initio, & eiusdem libti cap. 5. §. *aliter distingui;* & aliquoties alibi.

*Affines, vel tiderunt tituli dominij predicti, altunde illustrati.*

346 Qui ergo Patres, Christum meritò diximus, & dominio rerum omnium donatum dicimus, quia pauper factus erat, de hac p̄fertim paupertate locuti videntur, atque ita reuoluuntur in propositam dominij Christi rationem ex filiatione naturali huius hominis ad Deum, & consequente hypostaticā unionem. Nec abhorret ab eo fundamento seu titulo dominij Christi in res omnes, quod Apocal. 5. legitur, *dignus est agnus, acipere virtutem & dignitatem, & sapientiam, & fortitudinem.* Vox Graeca quam interpres noster verit̄ diuinitatem, lonat diuitias τάπετος, quo p̄actō legunt plerique Graeci codices quos abs se viros testatur ibi Ribera: consentaneaque latini quidam, vt Primasius, & Typhonius. Nec abnūs Ribera quin per libri falcinationem, loco vocis *diuitias*, posuerit primò poni *diuitatas*: quia postea vox, vienius cohæret, & Grammatica indēmis est, mutata sit in *diuinitatem*. Ea autem lectio egregiè confimat quod dicebamus de Christo factō Domino, quia pauper factus erat. Infissimum quippe fuit, tanta paupertati salutem nostram & Dei gloriam suscepit, rependi immensas diuitias, non modo spirituales, sed etiam temporales, fundatas in supernaturali titulo, & contentas eo dominio proprietatis rerum omnium, quod Christo nunc vendicamus.

347 Fortassis autem licebit eam quoque fortitudinem, cuius mentio est in citato loco Apoc. de huiusmodi diuitiis ac dominio proprieatis exponere. Opes enim quarum dominio quis potitur, sunt robur & sanguis Domini vt in opere de martyrio p. 1. c. 5. trahere memini. Christus autem infinitus pauper factus carnis susceptione, debuit fortitudinem ac opes diuinās suscipere, & dominari omnium planè rerum creatarum. Audiendus in hanc rem Anastasius Sinaīta, sub initium libri 7. (imo 8.) in Hexaēmeron postquam multis probasset, nomen domini, ex vī suī scripturarum cadere non aliquando in humanitatem, aliquando in diuinitatem, aliquando in virtutem ut fabulator Nestorius apud S. Cyprianus lib. 4. pentab. cap. 6. sed tantum in

Deum post humanizationem. [Si vis (inquit Anastasius;) etiam causam propter quam Deus nominatus est *Dominus* post carnis susceptionem, ego id tibi confidenter interpretabor, diuinatum Scripturatum, & Sacrum eorum interpretum habens suffragium. Celeberrimus ergo & rerum diuinarum mysta Apostolicus Dionyphus, dicit in Sapientissima sua Theologia, quod Deus Graecè dicitur *θεός* ex eo quod omnia *θεατοῦ* id est contemplatur & afficit; Dominus autem, nempe *Χριστός*, ex eo quod *κυρίου* id est *dictiōne habeat* ac dominetur, *ὁ θεός* enim dicitur *potentia ac dominatio*, vt *ἄρχω* dicitur, quod est *οἰκονόμης* & non habet *robur ac potestatem*, sed *vacuum & inane redditum*. Rechè ergo apteque & conuenienter, in suo aduentu ad hominis quando carnem suscepit, & in terra visus est Deus Verbum, tunc etiam appellatus est *Dominus*. Nam anteā quidem nominabatur *θεός*, vt qui esset mundi *θεός* īcū, id est *contemplator & inspectio*. Quando autem, cum per carnem aduenisset, tyrannum inimicum nostrum percussit; quando mortem morte affectit; quando nos à Dæmonum manu avulsit; quando docuit impios Dei cognitionem; quando gentes à Patre accepit in hereditatem; quando possedit fines terræ; quando dominatus est à mari usque ad mare; & à fluminis usque ad finis orbis terræ, tunc *Dominus* est appellatus, vt qui nostri dominaretur, in quos anteā dominatum obtinebat Diabolus. Idque David aperit propheta, ei dixit, *Domine Dominus noster, quād admirabile est nomen tuum in universa terra?* Et quoniam ab *virtu* usque ad *occasum* laudabile nomen Domini. Et *excessus super omnes gentes Dominus Iesus.* Et *Dominus regnauit, decorum induens eis carnis.* Induit Dominus hominem, crucis fortitudinem propter ipsum qui erat infirmus, & precinxis se.] Habet Christum dominio rerum omnium donatum esse, & vt talem agnatum, ac denominatum fuisse, ratione assumptæ humanitatis, in qua excusus est omnia illa opera quæ recensuit Anastasius.

Nisi quis malit, alium in illis operibus titulum dominij Christi agnoscere, fundatum in redēptione quam operatus est per carnem suscepit. Eo ipso enim quod homo est a Christo enatus pretio, factus est Christi manscipium atque possesso, simile omnia que hominum sunt, in Christi dominium cesserunt. Servus enim (per se loquendo,) quidquid habet, Domino habet, cum ne ipse quidem suus sit, sed Domini. Cum igitur hominis sint omnia visibilia, facendum est, ea una cum homine cui Christus iure redēptionis dominat, subiacere Christi dominio. Hac tamen ratione dominium Christi non comprehendit res planè omnes. Non enim Angelus, & quæ ad eos attinent, quia Angeli non sunt redēmpti, nec eo titulo cesserunt in Christi dominium. Quanquam posset non improbabiliter dici, quamvis titulus redēptionis, solus homo & quæ ad hominem spectant venerit in Christi dominium; tamen eo ipso opere quo redēptionem consummavit, passione inquam & morte sua, promeruisse Christum, vt Pater tantæ erga se

V beneus

benevolentia argumentum, compensat dominio uniuersali rerum omnium creatarum: ita ut redemptio non quidem formaliter propter redemptio captiuorum, sed propter opus Deo acceptissimum, fuerit Christo occasio, comparandi dominium in res omnes: tulus autem eiusdem dominij, fuerit Patis donatio, tantas filij perpecciones, eiusmodi praemio compensantis.

*Dominium Christi predictum, non col-  
liditur cum humanis dominis,  
& quale sit.*

347 Ex his igitur, dominium proprietatis Christi Domini in res omnes videri potest sufficienter probatum atque fundatum, prolatu eiusdem non uno titulo idoneo aequalitudo. Ut tamen inconclusa stet talis dominij assertio, occurrentum est duobus incommidis qua aduersus illud proposita sunt superius. Ex hoc enim dominio Christi, timetur dominis particularibus humanis, ac etiam paupertati Christi Domini. Verum male al hoc dominio, timetur dominij humanis particularibus. Hoc enim dominium Christi de quo agimus, fuit quasi dominium alium. Unde sicut diuinum dominium, quia est ordinis superioris, compossibile est cum dominiis inferioribus; ita & Christi dominium. Potest quoque adduci exemplum humanum dominationis Regiae, qua probe coheret cum subalternis dominationibus, plerunque eundem actum respicientibus cum dominatione regia. Imo plerunque ob publicas necessitates, dominium illud regium quod *alium* vocant, ex quo disponit de rebus, ac ipsi priuati earum Domini. Quod ergo cernitur in dominio iurisdictionis naturalis, comparato ad inferiorem iurisdictionem, itemque in dominio alto, collato cum dominio particulari; cerni quoque potest in dominio proprietatis supernaturale; comparato ad dominium naturale & humanum.

Hinc evertitur quod opponit Vasq. 3. p. d. 87, cap. 6. nempe hoc dominium neque esse excellentiae, quod est Deo proprium, quippe fundatum in creatione & conseruatione; neque essa veritatis, quale est dominium particularis humanum: quia hoc genere dominij, nihil potest duobus subiacere in solidum, cum non possit ex quo referri in virtute que veritatem; ac proinde concludit Vasques, hoc dominium esse commentitum. Sed haec argumentatio evertitur ex dictis. Nam faciliter dicere possumus, dominium Christi reduci ad diuinum dominium excellentiae, cum sequatur ex filiatione naturali, & communione diuinitatis, Christo facta. Quamvis enim hoc dominium Christi, sit inferioris diuino, & vere creatum, ac partum in tempore, tamen respondet diuino, et que quous dominio humano superius: quia seruat proportionem cum titulo ex quo ensicitur, qui sane sublimior & eminentior est quocunque titulo humani dominij. Gratus autem Adversarius, omnem titulum dominij à dominio veritatis distingui, censet esse creationem &

conseruationem. Alios enim præterea idoneos titulos protulimus, quibus illud Christi dominium sublimius quouis humano dominio, nici possit. Facile item admittere possumus, hoc Christi dominium esse dominum utilitatis ad sensum Adversarij, qui vocibus hac in parte gratis abutitur: cum dominium utilitatis, sive dominium utilitatis, longe aliud sit à perfecto & pleno dominio proprietatis de quo agimus, vt constat ex 2. 2. Nihil ergo obstat, quominus hoc dominium Christi, vocem dominium utilitatis, quia ratione eius Christus, potest prove libuerit fructus rei percipere, dèque ea disponere tradendo ilam alteri, canve destruendo: quamvis quādū de illis fructibus non disponit, rēmē non destruit, perstet sub dominio eius qui titulus humano fortius est eius dominium. Quae est ratio qua Adversarius cohæsionem diuinum dominij supremi cum dominis particularibus humanis sufficenter à se monstrat putat: ex quo autem ( vt vides,) hic locum habet, ad cohæsionem huius dominij Christi & dominij priuatorum hominum monstrandum. Itaque primum illud caput difficultatum, contra supernaturale dominium proprietatis Christo à nobis tributum, euanevit.

*An coheret cum Christi paupertate.  
De ea, pluscula.*

348 Altera difficultatum acies qua hoc dominium Christi impeditur, continetur testificissima in Euangelis & Patribus paupertate Christi, quam fuisse aliquid paupertatem statuit Med. C. de eleemos. q. 8. ad 4. quæsius. Ex voto firmata fuisse, censet Santes t. 2. 3. p. d. 28. l. 1. & l. 3. de voto cap. 1. n. 4. Quod tametsi non sit certum quod voti accessionem, tamen quoad paupertatem existimat, est extra dubium. Constat enim ex Euangeliis, Christum egentem vixisse, & vili ac plebeio vestu & vestitu contentum, etiam curam non fecisse diuitium more qui inducunt purpura & bysso, & epulans ut quidam splendide. De vestitu dictum est cum de Christi humilitate, ibique ostensum, vestem Christi inconsutilem summè sanctam, vt latè prosequitur Card. Vigerius totu tractat, de instrumentis Dominicis Passionis, fuisse vestem pauperissimæ plebis Galilæ: & minor Bælingerum qui l. de vestibus Pontif. c. 1. plurimum agnoscit eam vestem fuisse vulgarem & simplicem, postea addere fuisse pretiosam, argumento ducto ex eo quod eam fecare milites noluerint, vt vni integræ cederet. Verò id factum ab eis est, quia ea tunica erat inconvenit, cuius discessus fragmanta fuisse inutilia, non autem ob pretiositatem, quae potius ad dividendum pellexisse.

Similiter in calceorum genere, illud elegit Christus, quod erat omnium abiecitissimum. Imo quod egestatem ampliorem prefecit, non pauci nudipedem. Item fuisse Christum contendunt, vt Pet. Dam. opus. 2. 2. c. 15. in fine, scribens. [Nunquid & ipse Dominus prouidet sibi calceamenta non poruit, quoniam Gentilis perfidia, sola inter se vestimenta diuisit? Nam si ei minimè calceamenta defessit]

de illis etiam Sacrae historiae series non taceat. Idem tradunt S. Bonavent. t. 1. Opusc. epistola de hoc arguento, Catharinus 1.2. contra Caetanum in animaduers. ad cap. 1. Marci, Abulensis in c. 3. Matth. q. 68. quibus ex parte assentitur Malonius, latec de hac re disserens ad c. 19. Palæoti de Sacra Sindone, fermitio. Et quanquam verisimiliter sentiunt, qui Christum communem vitam iustissimis de causis professum, ut Suares disp. ill. 28. f. 3. late prosequitur, non nudipedem quod à communis vita abhorret, sed calcatum fuisse pronunciant, ut cum S. Augustino serm. 42. de Sanctis, aliisque permulsi Patribus quos proferunt censem Surius ibid. sub finem, Toleatus in c. 1. Ioan. annot. 65. Iansen. c. 35. Concor. Ribera fuisse Ioan. I. ad illud, ut soluam eius corrigiam, Iustinian. disp. I. in Paulum c. 4. n. 18. Bonac. de Incat. disp. 3. q. 2. p. 6. n. 2. & Baldinus lib. de calceo c. 26. Tamen in calceorum genere, elegit Christus quod erat vilissimum; nempe soleos sive sandalia, quæ magnam pedis partem intactam relinquerent, ut nudæ necessitati vtecumque satisfaceret, & pauperem simul exerceat, cuius vbiq; occasio nes captabat.

349 Denique Christus, in vniuersa vita & corporis curandi ratione, paupertatem adamauit, at ne tardus ad eius amorem prodendun videretur, ab ipsis cunabulis tantum pauperatis affectum exhibuit, ut meritò S. Anteclimus in speculo Euang. sermonis cap. 4. alloquens Christum, dicat. [Et tu Domine vniuersorum, qui nullam habens indigeniam, inter ipsa nativitatis initia, non horruisti abiectione pauperatus degustare incommoda. Venimus ait Scriptura, tibi cum nasceris, non eras locus in diversorio, neque cunabula, quæ teneritudinem tuam exciperent habuisti, sed tu in vili præsepio sordentis stabulisti, qui terram palmo conclusis, inuoluitus pauciculis, redimatus es, & hoc ipsum à brutorum animalibus mater tua mutuo accepit.] Et connexus ex tanta paupertatis consideratione ad mortales, insaniis falsis, (imo ut S. Marinus pace Psaltis, eius verba corrigit) insanis veris misere delusos, & lutum contra se densum aggerentes, exclamar. [Consolamini, consolamini, qui in sordibus paupertatis enutrimini: quia vobis est Deus in paupertate. Non cubat in deliciis splendidi cubilis, nec enim inuenitur in terra suauiter viventium. Quid vlera gloriari sit diues, in re lutea, in volutabro lecti pœti & delicati, cum Rex Regum, suo recubito stramenta paupertum honestare maluerit.]

Petrus Cluniac. l. 1. Epist. 20. paupertatem religiosam Giselberto commendans, [Pauper ille fuit (inquit) non habens vbi caput reclinaret, nec is per quem mundus factus est, mundum ingrediens, propriam domum in qua nasceretur inueniret, sed reclinavit eum mater in præsepio, quia non erat ei locus in diversorio. Pauper ille fuit qui de censu Regibus reddendo confutus, cum nihil apud hominem unde illum posset reddere inuenitus, ad inexhaustos Dicitatis thesauros se consulti, & quod de domestica arca non potuit de ore pœcis, hamo Petri Apostoli persoluit.

Pauper fuit, qui cum panis esset Angelorum, pane sèpè reficiebatur Publicanorum. Pauper ille fuit, quem nunquam leges propria pauit, nunquam vitis ab eo culta potauit, nunquam gregis sui vellus protexit, nunquam pecunia quæ vel ex innueneris miraculis congettari potuisset, ditauit, qui nec cenaculum vbi ultimum Pascha iam passurus, cum difcili pulis manducaret habuit, sed à Patre familias mutauit, dicens, ubi est diversorium vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Insigniter planè de Christo (ut ait) paupertato, disputat S. Hilarius in psal. 39. ad illud, cognovi quia faciet Dominus in opere inopis. Locus est ex pleniori S. Hilarij editione perendus. Breuiter in calce psalmi 69. ad illud ego vero egemus & pauper sum, vbi negans haec Davidi, (quippe Regi,) quadrat, ut esse Christi vocem: qui ut nos ditesceremus, pauperem se praestitit, cui ne ad supream quidem cœnam, nisi quæstua, & aliena domus fuerit. Illud item psalmi 40. beatus qui intelligit super regnum & pauperem, Theodoreus ibi pulcherrime de Christo exponit, itemque S. Ambrosius.

350 Hec de Christi paupertate quasi personali. Nam illa quidem paupertas qua se in omnibus pauperibus fecit, admirabilissima est, & à Saluiano l. 4. ad Ecclesi. à medio, optimè suscipitur. Non est tamen huius loci. Elegansissime tamen ex ea infert S. Ambrosius lib. de Tobia c. 4. non esse quod diuites metuant scenerare pauperibus. Attempo loci mellitissimi partem, quia orsus à paupertate capit, desinit in personalem de qua agimus. [Nolite (inquit) iam inuidenter me vestris commodis estimare. Putatis quod hominem subtrahiam vobis debitorem? Dominum prouideo, Christum subrogo, illum demonstro qui vos fraudare non possit. Fœnerate ergo Domino pecuniam vestram in manu pauperis. Ille adstringitur & tenetur, ille scribit quicquid egenus accepit. Euangelium eius cautio est. Ille promittit pro omnibus indigentibus, ille dat fidem. Quid dubitatis dare? Si quis vobis Diues huius saeculi offeratur, qui fide promitterat sui pro aliquo debitore, statim numeratis pecuniam. Pauper est vobis Dominus cœli, & conditor mundi huius: & adhuc deliberatis, quem diuiri queratis fidei suorum? Sed allegatis. Quare pauper factus est, cum diues esset? Vidistis ergo quia fides eius diues est, fides eius idonea est. Pauper factus est, cum pro nobis soluerit, & adhuc paupertas ipsa non decipit. Nos enim diuites fecit, quos pauperes putabatis. Dicit enim A postolus pauper factus est, cur diunes esset, ut illam inopia vos distarem. Bona inopia, quæ largitur diuitias. Nolite ergo paupertatem timere, ut sitis diuites.] En ergo Christum & in pauperibus pauperem, & personaliter quoque egenum.

RAINA  
 Tomus  
 De Chri  
 et  
 Tomus  
 De Affi  
 cris?  
 A  
 3

154

Sect. III. Cap. III.

Num Christus non pauper modò, sed  
etiam mendicu fuerit.

351 Quid quod non pauperem modò,  
 sed & mendicu fuisse Christum, & mendica-  
 to comparasse tenuer illam sustentationem  
 qua viciturabat, graues autores prodiderunt?  
 Imo Valdensis lib. 4. doct. cap. 3. & 4. & Ca-  
 tharinus admodum fuisse lib. 2. contra Caier.  
 in notis ad cap. 5. Matthæi, contendunt Ec-  
 cleiam definitiæ de fide, mendicatem  
 Christi contra Gulielmum de S. Amore : di-  
 sertèque assertit Catharinus, Christum non  
 modò fuisse statu mendicu, quod multi Pa-  
 tres tradunt, versantes illud psalmi 39. ego  
 autem mendicus sum & pauper, aperteque Na-  
 gianz. orat. 41. sub finem, sed etiam de facto  
 mendicasse. Refragantur tamen Castro v.  
 mendicitas, Ioan. Med. C. de eleemos. quæst. 8.  
 ad 5. quæstum, Caietanus Marth. 5. & late  
 Palacius Ioan. 4. enarrat. 1. sub finem. Non esse  
 sanè ex fide certam Christi sui mendicita-  
 tem sive mendicationem, extra contouer-  
 sham statuo. Nihil enim reuera profertur,  
 quod eam definitionem suadeat. Item non  
 mendicasse Christum ante prædicationis  
 tempus, quicquid communiscantur Nouato-  
 res, reieci à Suarez t. 2. 3. p. d. 17. l. 3. explora-  
 tum dico. Nisi sortè per triduum illud quo  
 duodenis à parentibus absuit, ut meditatur  
 Aëlredus sermone de Dominica infra osta-  
 uam Epiphaniæ, ( qui perpetuam S. Bernardo  
 tribuitur,) sic enim habet. [ Per illud tri-  
 dum autem, inuenient eum in templo. Per  
 illud itaque, vbi eras bone Iesu, quis cibum  
 aut potum ministravit? quis detraxit calce-  
 menta? quis membra puerilium vnguentis fo-  
 uit, & balneis? Scio certè quia sicut tua vo-  
 luntate, nolam sumpsti infirmitatem; ita  
 cum velles, propriam ostendisti virtutem: &  
 ita cum velles iūs obsequiis non egquisti. Vbi  
 ergo eras bone Iesu? De his omnibus æsti-  
 mare, vel coniicere, vel operinari liber ali-  
 quid: affirmare temerè, nihil licet. Quid di-  
 cam Deus meus an vt per omnia nostra con-  
 formarerit paupertati, & in te humanae na-  
 turæ calamites suscipere, quasi vñus è  
 turba pauperum, stipem per ostia mendica-  
 bas? Quis dabit me bucellarum illarum  
 sic mendicatarum partipem fieri, vel saltem  
 diuinus illius edulij reliquiis saginari.]  
 Extra illud quoque triduum, initio iam  
 Euangelij cursu, mendicasse aliquando Chri-  
 stum, piè asseritur, & consonantæ ad pauper-  
 tatis exercitationem tanto exemplo com-  
 mendandam. Fauèque quod psalmo 108.  
 Iudas interprete S. Petro Actorum 1. dicitur  
 persecutus hominem inopem & mendicum; nem-  
 pe Christum. Itemque quod 2. Corinth. 8.  
 Christus cum diues esset dicitur factus egenus.  
 Verbum Græcum ἵτεχεν propriissimè sic  
 vertitur, mendicus factus est. Dixit quidem  
 Armacanus Christum non potuisse esse men-  
 dicum, quia erat inexhæreditabilis dominij  
 proprietatis quod Adam innocens habuit.  
 Alius autem quidam Anglus apud Gerſonem  
 p. 3. serm. de Natu. Virg. consider. 1. blasphem-  
 iz̄ damnauit Christi mendicatem, eo

quod Christus haberet multis titulis ius  
 petendi, quod Dōctor ille censebat cum men-  
 dicitate pugnare. Sed omnes huiusmodi ra-  
 tiones sunt aperte inane. Quare admitto piè  
 credi, Christum mendicasse.

Vrgetur ex dictis difficultas meta, circa  
 dominij & paupertatis in  
 Christo cohesionem.

352 Exclamatim hic iure cum S. Am-  
 brosi prefatione in psalm. 35. difficultatem  
 quam in confessione plenissimi dominij &  
 paupertatis cerni diximus, præsentiente  
 [ Veni Paule, interpretare quaratione Domi-  
 nus cæli atque terrarum se pauperem dixe-  
 rit, qua sit ista paupertas. Tu certe illum  
 duxit dixisti. Quomodo idem diues &  
 pauper est, audiamus testimonium Pauli;  
 scitis ( inquit ) gratiam Domini nostri Iesu  
 Christi, quia propter vos pauper factus est, cum  
 dines esset, vi vos eiis inopia disarem. ] Nec  
 minus concinne Augustinus ad titulum pal-  
 mi 101. [ sic ipse est ( ait de Christo ) quo-  
 modò pauper. Nam quomodo diues, quis non  
 videt? Unde enim homines sunt diutes? Puto auro, argento, familia, terra; sed omnia  
 per ipsum facta sunt. Quid ergo ille diuis? Per  
 quem facta sunt diuitiae, illæ etiam que  
 non sunt vera diuitiae? Per illum enim &  
 illæ vera diuitiae, ingenium, memoria, mores,  
 vita ipsius corporis, sanitas, census, confor-  
 matioque membrorum. Etenim cum hac  
 salua sunt, & pauperes diutes sunt per illum,  
 & illæ maiores diuitiae, fides, pietas, iustitia,  
 caritas, castitas, mores boni. Nemo enim &  
 has habet, nisi per eum qui iustificat impium.  
 Ecce quā diues. Quis enim magis diues,  
 qui habet quod vult alio faciente, an qui facit  
 quod vult, & alio habente? Puto quod di-  
 tor ille qui fecit quod habes: quia quod ille  
 habet, tu non habes. Ecce quā diues in hoc  
 tam diuite, unde agnitiū sumus haec verba:  
 Cinerem sicut panem manducabam, & pum-  
 meum cum fleu miscebam. Unde illæ, hinc  
 illæ tanta diuitiae peruenient? Multum  
 lud excelsum, multum hoc abiectum. Quid  
 faciemus? Quemadmodum illa immissa  
 mis contemporabimmo? Nimiris ad inven-  
 longè sunt. ] Tandem S. Bernardus serm. 3.  
 de resurrect. initio. [ Septempliciter occupa-  
 uit nos lepra superbie, in proprietate posse-  
 sionum in gloria vestrum, in voluptate cor-  
 porum, in ore quoque duplicitate, similiter &  
 in corde. Prima est lepra domus, qua diutes  
 esse volumus in hoc sæculo; sed ab ista mun-  
 damur, si immarginem in Jordane, id est in  
 Christi descensu, quo propter nos pauper  
 es est. Qui bene inergitur hic, quando quæ-  
 ret diuitias huiusmodi. Et vere magna abu-  
 sio & magna nimis, & diues esse velit vermi-  
 culus vilis, propter quem Deus maiestatis, &  
 Dominus Sabach, voluit pauper fieri.]  
 Sanè dissidente paupertatem Christi, &  
 & dominium quale proposimus affimat  
 Valentia 3. p. d. 1. q. 2. p. 6. versic. probatur.  
 igitur. Itaque indirectum duntaxat dominium ad  
 in res omnes Christo concedit, quatenus ad  
 finem

finem supremam spiritualis potestatis qua  
pollebat, necessarium esse potuit. At dominum  
directum, quale concessimus, negat  
posse cum paupertate Christi in Scripturis  
certissima, federari, cum notio paupertatis ex-  
cludat dominum. Confirmati potest ea opini-  
o, quia Ioan. 22. Extra, cum inter nonnullos,  
& Extra, quia quorundam, definit Christum  
habuisse interdum dominum aliquarum rem.  
Non igitur omnium, cum ibi doceat  
Christum fuisse exemplar paupertatis. Nimi-  
rum venerat Christus adiuuare pauperem de  
inopia, ut piissime illud psalmi 106. accepit  
Nyss. tract. i. in psal. c. 8.

*Resolutio, & coheretis declaratio.*

353 Statuendum nihilominus est, pau-  
pertatem non excludere quocunque domi-  
num: atque adeò Christum etiam si pau-  
perem, merito dici, habuisse dominum rerum  
omnium: Quia paupertas recte coharet cum  
dominio, quando potestas videnti est ligata.  
Quia ratione olim tempore Valentiniani Im-  
peratoris, religiosi omnes retentos dominio  
bonorum, vouchant paupertatem, ut recte  
confirmat Vasques t.2.d.163. c.6. & Basilius  
Poncius quodlib. 3. Scholast. c.9. Hodieque  
in Societate nostra, Scholastici approbati,  
per vota simplicia quae emittunt, constituantur  
substantialiter religiosi, ut Gregor. XIII.  
definiuit: & tamen retinent ad tempus bono-  
rum suorum dominum, sed ligatum; ita ut  
non possint de bonis illis disponere, nisi ad  
natum Præsidum, quod cohærete cum reli-  
giose paupertate, probatum fusे est 2. 2. &  
late confirming Rib. d. l. de inst. Societ. cap.  
18. Nauar. comment. i. de regular. membro 19.  
Rodericus in qq. regular. t. 1. q. 1. art. 4. Vasq.  
t. 1. d. 163. c. 6. & Suates tract. 10. de relig. 1. 4.  
c. 4. Quidam igitur potuerit quoque Christus  
Dominus, & dominum verum omnium ob-  
tinere, & tamen pauper esse, quia dominum  
quo potiebatur, habebat legatum, sive inter-  
posito voto, ut fert pia sententia: superius  
proposita, sive per propositum abstinenti  
vii talis dominij. Quod propositum in  
Christo Domino, satis superque esse poterat  
ad firmatim abstinentiam prædictam qualem  
nos per vota querimus. Neque enim pat-  
etur, Christum recente à voluntate perse-  
ctoris vita semel concepta, etiam si id posset  
absque peccato. Itaque abstinentia ab vī  
domini, tali quepiam vinculo aut voti, aut  
propositi, firmata; satis fuit ad paupertatem:  
præterim quia Deus non tam attendit domi-  
num & potestatem in actu primo, quām  
exercitum eius aut vīlum, qui quām impedi-  
tur per prædictam paupertatis professionem,  
ac si dominum abiceretur. Simile est, cum  
coniugati retenta mutua potestate in corpo-  
ra, vident continentiam. Retinent enim po-  
testatem videnti coniugio, ita ut si post votum  
commiscebentur, non essent adulteri, nec  
delinquerent contra iustitiam: & tamen  
quia potestas illa est ligata per votum, nec  
possunt absque scelere revocate illam ad  
vīlum, salua est continentia, & abstinentia eo-  
rum; nec minus perfecta, quam sit eorum qui

post pudicitie naufragium, intra vel extra  
matrimonium, vident continentiam absque  
superstite coniugij vinculo. Similiter ergo  
Christus, pauper esse potuit ob ligatum spon-  
te dominij vīlum; & simul dominio illo po-  
tiri, dominio inquam non orto ex titulo  
temporali, (qualem circa per pauca & inter-  
dum dumtaxat habuit, ut recte sanxit Ioani  
22.) sed supernaturali in unione hypostatica  
fundato, atque perpetuo: quod non temerat  
paupertatem Christi. Eiusque imitatione  
Religiosi quibus id indulxit Ecclesia, possunt  
dominium ligatum cum paupertate foderare,  
nece eis illorum paupertas coram Deo mi-  
nus meitoria, & in genere virtutis, (quidquid  
sit per ordinem ad ciuiles quod dā effectus,)  
minus perfecta quam eotum qui dominium  
non retinet. Quamvis autem admitteremus,  
paupertatem non vīlum tantum, sed & dominij  
exclusum, esse in nobis perfectiorem pau-  
pertate coherentem cum dominio; tamen in  
Christo non ita esset, ut recte vidit Mol. tr. 2.  
de Iust. disp. 28. ferè in fine: quia in Christo, ni-  
hil timendum fuit à voluntatis mutabilitate,  
qua in nobis superstite potestate ac do-  
minio, suspicionem instabilitatis potest fa-  
cere.

354 Est igitur Christus, dīfīssimus simul  
ob dominium rerum omnium, atque pauper-  
rimus, ob eiusdem dominij voluntariam im-  
peditionem. [Quis enim verē diues (vt sum  
S. Ambrosio dicam, in apologia David c. 5.)  
nisi Dominus noster Iesus, qui de se ait, ut  
hodie lectum est, quod homo quidam cum diues  
esset, abiit in regidionem longinquam, accipere re-  
gnū & renerti. Et verē diues erat? Maiestas  
sue opibus, & diuinitatis propria plen-  
itudine, cui Angeli, & Archangeli, virtutes, &  
potestates, & principatus throni, & domina-  
tiones, Cherubim, & Seraphim, indefesso ob-  
sequio seruiebant. Sed tamen cum diues  
esset, reliquit nonaginta & nouem in mon-  
tibus oves, & vnam ouem quā lapſa reman-  
serat, requiſiuit.] Id est, factus simul est pau-  
perimus, vt eius opibus ditaremur. Idem de  
benedict. Patriarch. c. 9. tractans illud, Afer-  
pinguis panis eius, sic habet. [Afer interpreta-  
tione significat dīnitias. Quis igitur diues, nisi  
vbi altitudo diuinitatum est, sapientior, &  
scientia? Quis diues, nisi Dominus Iesus, qui  
abundat semper, & nunquam deficit? Pauper  
venit in hunc mundum & omnibus abunda-  
vit, Vniuersos repleteuit. Quantus est in di-  
uitiis, qui paupertate sua omnes diutes fecit.  
Sed pauper propter nos, diues cum Patre.  
Pauper ille, ut nos ab inopia vindicarer, sicut  
Apostolus docet, dicens: quia propter vos pau-  
per factus es, cum diunes es, ut illius inopia vos  
ditaremini. Cuius inopia ditat, sanat hambria,  
fames satiat, mors viuificat, sepultura re-  
fusicit.]

355 Nec iniuria (tamen si alio sensu) di-  
xit quis de Christo, quod Diogenes refe-  
rente Clemente Alexandino lib. 7. Strom. c. 3.  
siebat de diuitiis huius saeculi, quos sacra  
litera, ut adiurit S. Ambrosius, de Nabuthe  
c. 14. & 15. verē pauperes esse docent, & ad  
summum viros diuinarum, qui scilicet ha-  
beantur a diuitiis, non diuitias habeant ipsi.

v 3 Quo

Quo item modo pronuncianie de eis Seneca lib, de vita beata c. 22. Huiusmodi igitur dixit Diogenes supra securam plerumque sapiens, vocabat μηδεποτέχνης, id est dñites egenos. Nomen quod istis probocolum est, quia quod eos ē foeda ad res fluxas astrictione ducitur, Christo est perhonorificum, quo diues simul & egenissimus esse voluit. Illud, quia etiam in humanitate Dei filius erat; hoc quia dominum quo potiebat, lubens ac volens legauit. Itaque ad eum pietatis sensum iure hinc excitari Lectorem, qui Theodosium Ancyronum mouit orat, de Natiu. Saluat. in Conc. Ephesino, & Rupertus l.7. in Genes. c. 30. qui considerat, hanc Christi paupertatem peperisse ingentes diuitias quibus Ecclesia Dei dedita est, per Christianos Principes, & alios passim fideles; quibus iunctitudinem fuit, opes suas Christo redendere in sponsa sua. Notum ex Thoma Stapletonij Romæ Christianæ magnitudine, notum ex Thoma Bosij l.22. de signis cap. 4. num. 9. quanto perē excrēterent diuitia Ecclasticorum. Nec pauca in eam rem præfereo, in opere cui titulus, Mala bonorum Ecclasticorum. Hæc omnia, ē fodiis paupertatis Christi sunt eruta.

*Præcellentia predicti domini Christi ac primum eius extensio.*

356 Attingenda supetet huins Christi dominij excellencia; quæ tanta est, ut in Scripturis, *solum Dominus nominetur*. Ut apud Iudam, *solum dominare & Dominum nostrum Iesum Christum negares*. Et Apocal. 17. ac 19. dicitur *Dominus Dominorum*. Eodemque Glossa 2. Petri 2. ad illud *dominatorem contemnum*; refert; quod Christus in abstracto non invenit dominatio. Censet enim eo loquendi modo, significari dominij Christi præcellentiam supra alia quævis dominia; quam petere licet, vel penes obiectuam extensio nem dominij, vel penes cætera dominij adiuncta; putat durationem, & stabilitatem; in quibus omnibus facilè esset proportione monstrare præcellentiam dominij Christi supra humana quævis dominia: sicut monstrata suo loco est præcellentia diuini dominij, supra creatæ quæcumque dominia. Vide quæ in eam rem fusæ dixi in Naturali Theolog. dist. 7. q. 3. art. 4.

Extensio quidem obiectiva, tanta est, ut nihil Deo & Christo inferiori, ei subducatur. Nihil enim dimittit Deus non subiectum ei, ait Apostolus & Evangelista. Omnia dedit ei Pater in manus. Rursusque Paulus quem constituit heredem universorum. Hinc ortum videtur, ut absoluere, Christus dicatur *Dominus*. Sicut enim quæ regimeti Christi est extensum ad omnia, idcirco Christus dicitur *Rex* absque addito, ut dicemus infra cum Chrysostomo in psal. 44. Ita quia dominum Christi pretendent in omnia plane creatæ Deo & Christo inferiori nullo excepto, Christus absolute dicitur *Dominus*: contra quæ vulgates domini, qui tantum cum determinatione certorum obiectorum dicuntur Domini, manifesto restitutio[n]is dominij argumento.

Fortassis autem huc referre licet, quod Orig. hom. 1. in Ezech. affirmat; Ezechielem etiam ipso nomine, Christi figuram gessisse. [Interpretatur quippe (inquit,) Ezechiel, imperium Dei. Imperium autem Dei nullum est, nisi Christus Iesus.] Quotsum vocaret Origenes, Christum imperium Dei, nisi quia cœnuit ad eum latè patre Christi regnum, ac diuinum imperium, quod ad omnia Christo infectora diffundi liquet.

*Eiusdem tituli nobilissimi.*

357 Iam tenuis dominij, in Christo est sublimissimus & eminentissimus. Nam & est unio hypostatica, quæ est in vertice supematralitatis, & donatio Dei, & redemptio hominum. Videri potest Spiritus sanctus est omnes titulos complexus, in eo nomine quod inde voluit hinc illi qui occidebatur dimisi compare. Nomen quippe vitali qui pro peccatis populi mastabatur erat, *Dominus*, ut bene nōtar S. Cyriacus l.9. in Iuliad. t.2. duos illos hircos, ad duas Christi naturas, & Incarnationis mysterium adaptans. Idcirco ergo hircus qui occidebatur, dictus est *Dominus*, quia Christus vi aduentus sui ad tunc pro nobis subeundam, & vi prærogatiuarum quas consequenter ad eum aduentum habuit, factus est Dominus omnium & hæres universorum. Pertinet ad eas prærogatiuarum prædicti tituli, qui omnes iustissimi sunt & nobilissimi, certamque ratione cessat in hoc dominio, quod de vulgaribus dominiis fert antequam effatum, omnis diuitia, aut est iniquus, ut iniqui hæres. Idcirco ordinatus modis comparandi dominium proprietas inter homines, comminet iniustitiam: saltem ex parte eorum per quos primū radicatus & confertus est alibi dominij titulus. Et idcirco etiam Christus ipse vocavit diuitias, *mammonainquietatis*, indicans viam ordinariam qua comparantur. At omnes tituli prædicti, sunt innocens, & à cuiusquam iniuria libertini. Et sicut Christus non est rapinam arbitrius esse se æqualem Deo, ita neque omnium dominati, & omnia sibi pleno iure habere subiecta.

358 Quia vero saltem unus ex titulis propositis est Christo coævus, nempe filiationis naturalis consequens unionem hypostaticam collatam Christo à primo punto sui esse; idcirco dominium Christi non est sicut cetera humanæ; quæ vel tardie aduenient, putat post patris obitum, ob finitatem dominiorum naturalium & humanorum, que non se compatiunt; aut post labores quibus sint comparata; vel certè si ab initio aliquem benè fortunatum sunt affectata; tamen defensu libertatis & rationis, quæ sunt dominij exerciti fundamenta, perinde se habent, ac si prorsus defuerint. At Christi dominium, fuit perfectum à primo conceptu Christi momento. Quamvis enim vocetur à Apostolo *hereditas universorum*, tamen est hereditas patris cui nullus succedit, quia est immortalis & æternus. Vnde eius filius, ex quo capax est potius hæreditatis; (Christus autem

RAVNA  
Tomus  
De Chri  
Sto  
Dominus  
De Affi  
Cristi  
A. 17.  
3

autem semper fuit capax, ) debet hæreditatem adire. Arque ita hoc dominum non advenit Christo procedente tempore, sed ab otto suo in eterno: id est à conceptu. Nam iam ex tunc inerat Christo unio hypostatica, quæ est titulus primarius huius dominij. Addit Toleto in cap. 1. Lucæ anno 89. titulum quoque redemptiois, iam tunc fundasse hoc Christi dominium; eo quod Christus iam ab eo momento obtrulet se Patri in redemptions pro multis, idque Pater ex tunc acceptarit. Verum cum hoc dominum non consequatur ex voluntate redimendi acceptata, sed ex redemptione consummata; quæ dilata est usque ad Christi mortem; præstat exortum huius tituli, consueisse differre. Quod si dicamus hoc dominum datum esse Christo ab initio, ut compensaretur paupertas probis ab eo suscepta. Hæc quidem si agatur de primaria paupertate, eadem est cum susceptione humanitatis, atque ita hic titulus dominij. Christi idem est cum titulo unione hypostaticæ. Si autem ageretur de paupertate communis dicta, is posset esse titulus distinguis. Sed non video in quo possit fundari, nisi si coniungatur cum unione, aut potius cum redemptione cuius est veluti adiunctum. Et sic habebit multa magis locum in Christo, quam in Moysi, quod Philo h. de vita Moysi de eo dixit. [Quoniam avaritia renunciaverat, & diuitiis honoratis apud homines perfectas maximisque diuitias, pro his ei Deus reddit; hoc est ut tandem posset, quantum terra, & mara, ac aquina, elementaque cætera, & quæ ex his sunt condita, (fecit eum sua potentia participem, totum mundum ei subdens tanquam hæreditatum;) quamobrem singula elementa obediebant ut Domino, ad iustum eius suas vites mutantia. Nec mirum, quandoquidem iuxta prouerbium, amicorum omnia sunt communia: amicus autem Dei Propheta dicitur. Vnde consequitur, ut diuinæ possessionis usum habeat. Nam Deus nullius eget, cum possideat omnia. Bonus autem vir nihil proprie posseidet, nec seipsum quidem; verum de thesauris Dei, quantum potest accipit, & merito, cum munus cuius sit: ideo nullam priuatim in orbe habet patriam; quippe qui hæreditatem habet, non unam quamplam regionem, sed munus universum.]

*Stabilitas inconcussa.*

359 Stabilitas denique dominij Christi, et plane singularis. Nullus enim finis erit huius dominij. Imo de nulla caducitate perditatur, vnde dominii quibusvis humanis semper est timendum. In primis quia in imagine pertinens homo, id est sicut umbra, quæ est corporis imago, & hoc secundum hoc, ut dicit Ecclesiasticus cap. 34. vnde fit ut homo thesaurizans ignoret sapientem cui congregetur, res partas, id est ut Augustinus perpendit, quæ homo summo cum dolore & connixa qualis est parentium adipiscitur. Deinde quia plerumque superstitio ipso homine, dilabuntur fluxa hac bona propter mutabilitatem tituli, vnde dominia nostra exoruntur, & casuum

quibus obnoxia sunt varietatem immensam. Basilius hom. quod non sit adhærendum rebus sæcularibus, insigniter id versat, his præter cetera. [Nam si quidam infinitam vim auti in hac vita aliqui coaceruant; idcirco perpetuo illis aurum hoc proprium manet. Sed vel à viuentibus adhuc, licet undique obligatum ad potentiores transfluen aufigit; aut in mortis iam articulo constitutos defecit, nec vultu cum possessoribus suis emigrare. Sed ilisi quidem ab eo qui animas violenter à misera hac carne separant, ad necessarium compulsi emigrationem ad pecunias crebro respectant, & quos à prima ætate sudores illorum gratia tulerunt deplorant. Diuitiæ verd illorum manibus inhiant istis colligendi tantum labore & avaritiæ criminis inflicta. Neque si terræ quisquam innumeris possideat iugera domos magnificas, omnis generis animalium greges, & omnem acquirat inter homines potentatum, perpetuū istis fruetur: sed modico quidem tempore ab ipsis nominatus, aliis iterum opulentia suam cedit, ipsi exigua tellure conditus. Sapienter autem & antequam sepeliantur, & antequam bonis cedat, videbit illas in manus venisse aliorum; idque forsitan inimicorum quoque. Aut ignoramus quā multi agri, quā multa ædes, gentes & vrbes, adhuc illis viuentibus à quibus olim possidebantur, aliorum dominorum nomina inderunt. Vetus observationis est, quām per pulchritudinem prosequitur Asterius homil. de Oeconom. iniquitatis, adeo instabilitas esse nostraria dominia, ut si cuiuscunque agri gleba singula, cum singulis dominis agri conferantur, multo plures competiendum sit præcessisse dominos quām sint glebae in eo agro quantumvis patente & expasso. Sapienter id indicarunt, qui nummum (quod est metrum dominiorum & rerum sub dominii proprietatis cadentium,) voluerent efformari rotundum. Nempe ut philosophatus Hebreus Commentarius sententiarum Bensyra circa 10. ut intelligeremus rotam fortunæ versare dominia nostraria, & rem quæ nunc penes unum est, mox ad alium transiuntur. Id quod etiam à D. Augustino notatum memini. Fusè de hac vertigine & instabilitate nostrarum dominiorum proprietatis, dissero in Morali dist. 1. q. 3. art. 4. à n. 129. Nihil horum circa Christi dominium locum habet, ut patet ex dictis de firmissimo & fundatissimo eius titulo.

*Vsus doctrine.*

360 Commòdum in hac clausula est S. Chrysostomi monitum, oratione de Calendis. [Intuere in cœlum, terram, mare, æternum, in genera animalium, ac varietatem Stirpium in naturam hominum uiuersam; considera Angelos Archangelos superiores potestates, reputa hæc in Domini tua ditione esse. Haud fieri potest ut Domini tam locupletis præsertim si proprium habeat dominium panper quispiam seruos sit. Curandum tamen omni ope esse ei qui se Christi seruum dicere voluerit ut dignè eo nomine viuat, nec in eo sit cur confundatur cum habere seruum præ-

clara

clarè docer idem Chrysostomus hom. 25. in ad Hebr. immediate ante partem mortalem.

Quod vero in hanc rem potentius incen-  
tium , quām quod vīsus dominij tam subli-  
mis , tānque perfēcti ferè Christo defuit , vt  
dīctum est; cum Christus etiam sumpius cum  
Collegio Apostolico , paucissimarum rerum  
& peregrinarum dominium extempserit , &  
amplissimum illud quo potiebatur superna-  
turale dominium , voto aut propōsito ligauer-  
it , vt p̄misi. Quod ea tamē l̄q̄rūm pe-  
nes se tenuem vīsum esse voluit , p̄lūxī s̄e-  
coli dīvitibus , vt de iniquo mammōna face-  
rent sibi amicos ; cum ipse ex reculis illis

quæ apud Iudam infidūm procuratorem af-  
serabantur , egenis decidi suam portionem  
identidem iubet; Quod indicant voces illarū  
Apostolorum , qui exēunte è cēna extrea  
prodītore , ad illud Christi verbum , quod facit ,  
fac cūiūs , imaginari sūnt , iussisse Christum  
Iudæ , egenis aliquid daret : nempe quod ita  
confueisset , cāque ex cāula habuissit Christi  
stū loculos , Chrysostomus in Ioann. hom.  
71. notauit. Itaque potest esse hāc illecebra  
non exigua , ad largitatem. Affine est quod S.  
Hilarius in psal. 14. in fine , vītarū com-  
monet exemplo Christi , qui se exhaustus pro-  
pter inopes , vt abstineat crudelitate erga

RAVNA

Tomus  
De Chri-  
st  
Tomus  
De Ath-  
Chris?



SECTIO